

Pauli IV. & Pij IV. Primo quia ponitur inter alias conditiones juris positivi: ergo eisdem qualitatibus, & nature centeri debet arg. *Item hoc iure*, §. Sed si, & ibi Bart. n. 1. ff. de vulg. pupil. & l. fin. c. de sentent. Quod vero alia conditiones sint juris positivi certissimum est: inter alia enim illa est precipua, qua societates contrahi prohibentur super officiis in Romana Curia non existentibus. Quis autem dubitet etiam super aliis officiis contrahi ex natura sua legitime possessi aliqua fructifera reperiantur, ut revera reperuntur? Nec obstat quod in Constitutione Pauli IV. quae incipit *inter ceteras*, in Bullar. tom. 1. pag. 721. contractus societatis aliter initi, quam super officiis Romanae Curiae, declaratur illiciti, iniusti, atque usurarii. Quandoquidem eandem Constitutionem Pius IV. cassavit, irritavit, & annullavit cum omnibus in ea apposisis clausulis: unde cum in totum sit abrogata, nec Constitutio ipsa, nec illius ratio ad declarationem causarum, aut in argumentum allegari potest, ut probat Dec. in c. 1. n. 11. 37. & seqq. de Consuet. Secundo quia Bulla Pij IV. cautum est, ut qui ignoranter contrahunt societates super officio gravato, nullum ex hoc damnum, & detrimentum sentiant, atque ita simul cum fructibus recuperare possint, ut interpretatur Castracanus in tract. de societ. c. 6. n. 18. cum seq. Hoc enim argumentum satis patet talem conditionem non esse iuris naturalis; quandoquidem in ijs, quae iuris naturalis sunt, etsi bona fides excusare possit interdum a peccato, nunquam tamen excusat a restitutione ubi aliquid quaesitum est ex illo legitimo, & usurario contractu, ut communiter Theologi fatentur, & multi ex nostris, ut teltatur Navar. cons. 26. Consult. quidam. n. 2. de Vfur.

82. Ex abundantia dicimus in praedicta Pij IV. Constitutione nullum posse fieri fundamentum, quia non solum nunquam fuit usu recepta neque Romana, neque alibi, cum nullus inventus sit ex officialibus, qui iudicem officio privatus fuerit vigore dictae Bullae, neque ullus ex socijs, qui ad fructum contra formam Bullae perceptorum restitutionem fuerit condemnatus: sed etiam per contrarium usum, cum juris positivi sit, abrogari potuit, & de facto abrogata centeri debet, cum in sol. veritas iam consuetudo longissimi temporis, quo officiales ad petitionem extraneae personae assumere quotidie solent sibi locios super officio ultra illius valoris gravatos scientibus, & patientibus Romanis Pontificibus: & de hoc llyo Curiae contrahendi societates officiorum super officiis ultra valorem gravatis attestantur Domini de Rota decis. 31. n. 1. p. 4. divers. Quamvis enim in Constitutionibus Apostolicis, quae non a consensu populi, sed ab auctoritate a Christo Domino Summis Pontificibus attributa proficiuntur, admitti non possit propositio Navari. cons. 4. incip. Pena, num. 4. de iur. & dam. dat. & cons. 10. Per gratia. num. 3. de sent. excom. lib. 5. & aliorum, quos cumulat Hieronymus Gabriel. cons. 78. n. 9. & 10. vol. 2. asserentium illas non ligare, nisi sint usu receptae: tamen admittenda est alia propositio tamquam sacris Canonibus consentanea, & Doctoribus ubique recepta; quod per contrarium usum cum scientia Papae, & longissimi temporis cursu abrogari valeant, ut optime declarat Cardin. in promm. Clementin. ver. Universitati. n. 3. in fin. Nulla enim est lex positiva, quae per contrariam consuetudi-

nem rationabilem, & legitime praescriptam abrogari non possit, cap. l. fin. §. Leges. 4. dist. cap. fin. ubi Canonistae de consuet. & scripsit Abb. cons. 7. col. penult. in princ. lib. 2. vers. Et notanter, Roman. cons. 512. n. 130. in fin. vers. Tertio quia, Bart. & DD. in l. De quibus, ff. de legib. & in proprijs tradit Roland. cons. 75. n. 42. lib. 1. & de generali Urbis consuetudine in eundi societatem officiorum super officiis alienis, Rota decis. 31. num. 1. par. 4. Divers. for.

DE CRIMINE FALSI

Cap. Falsidicus.

S V M M A R I V M.

- 1 Testis falsidicus tres ladii, Deum, iudicem, & partem, & n. 120. usque ad num. 133.
- 2 Falsi pena tenetur testis non modo si falsum dicit, sed etiam si veritatem occultat, & num. 124. & seqq.
- 3 Delicto unico potest quis laedere plures personas, & tenetur omnibus satisfacere. Declaratur n. 56. & seqq. & n. 144.
- 4 Et qui in pluribus offendit, in pluribus puniatur.
- 5 Testis tenetur de falsa si interrogatus super certo articulo dicat se nescire, aut non rec. rari; vel si dep. nat. oblitisc. vers. ut, vel per malitiam, & n. 149. & seqq.
- 6 Secus si non iurasset, vel non fuisset interrogatus.
- 7 Tacens veritatem quando tenetur poena falsi, & peccet, late declaratur, ut n. seqq.
- 8 Tacens veritatem peccat quando assumptis officium reificandi, ibid.
- 9 Et est peccatum mortale, & n. 124.
- 10 Idem est quando aliter ex alio officio assumpto tenetur dicere veritatem.
- 11 Et idem quando ex alia causa ad id tenetur.
- 12 Tacens veritatem superioribus peccat. Quod procedit etiam in tacente crimen capitale per ipsum commissum, n. 125.
- 13 Tacens veritatem non peccat quando non compellitur respondere, & veritas aliter haberi potest.
- 14 Limitatur quando procuraret, ne veritas ab alijs possit haberi.
- 15 Tacens veritatem peccat quando non potest aliter de veritate liquere, & proximus inde damnum patitur, & n. 131.
- 16 Tacens veritatem ad favorem proximi, ne puniatur in causa criminali, non peccat.
- 17 Fallit primo quando assumptis officium reificandi, vel alias ex officio tenetur.
- 18 Fallit secundo in subsidium quando veritas aliter haberi non potest.
- 19 Tacens veritatem in impetratione a Principe peccat.
- 20 Paria sunt nocere iniuste, & iniuste prodesse nolle.
- 21 Turans falsum subaudiendo aliquid in mentes, quod reddat sensum verum, an peccet mortaliter, & n. seqq. usque in fin.
- 22 Quis si ad facta sine iusta causa, Et quis si iusta causa fuisset, n. 26. & n. seqq. usque in fin.

Iura.

- 23 Turanti finis est determinatam veritatem aperire, & n. 133. & seqq.
- 24 Iuramentum, quod huic fini adverbatur, non inducit mortale peccatum in materia levi, n. 24.
- 25 Contrarium, n. 137.
- 26 Iuramentum, cui deest sola discretio, non ingerit culpam mortalem, & n. 152.
- 27 Iurare loci causa Principem esse in oppido intelligendo dictum loci grave peccatum, sed non mortale. Imo est mortale, n. 145. & seqq.
- 28 Iurare falsum ex iusta causa subaudiendo aliquid in mente, quod reddat sensum verum, nullam esse culpam, qui Authores senserunt.
- 29 Et quibus fundamentis, & n. seqq. usque ad n. 55.
- 30 Scriptura sacra frequenter utitur verbis, quae secundum litteram videntur falsa, sunt tamen verba secundum implicitas subauditiones, ibidem, & n. 161.
- 31 Declaratur, n. 156. & seqq.
- 32 Deus audit verba nostra prout ex intima profertur: Humane aures prout foru sonant, & n. 70.
- 33 Declaratur n. 76. & 80. & 162. vers. Non obstat secundum.
- 34 Veritas, aut falsitas sermonis non est accipienda ex verbis externis, sed ex intentione profertur. Contrarium, n. 84.
- 35 Declaratur num. 76. & 162. vers. Non obstat secundum.
- 36 Verba deserviunt intentioni, non intentio verbis, & n. 71.
- 37 Linguam ream non facit nisi rea mens, & n. 72.
- 38 Mentiri est contra mentem ire, & n. 163.
- 39 Mentiaci ad rationem verba materialiter se habent, sed formalitatis ex mente profertur est accipienda, & n. 87. in fin.
- 40 Declaratur n. 163.
- 41 Mendax non est qui dirigit gressus in aliquam partem, ad quam ire non intendit, & n. 164.
- 42 Opinio adstruens periculum non esse verbis falsum iurare, & interna subaudiendo verum concipere, est probabilis, & ideo eligi potest, licet opposita sit probator ac tutor.
- 43 Contrarium n. 167.
- 44 Iurare se aliquid nescire, quod expedit sub secreto regere, subaudiendo in mente, ita ut expedit revelare, nulli opinantur non esse periturum.
- 45 Idem in eo, qui coactus iurat se pecuniam soluturum, subaudiendo intra se, si erit debitor.
- 46 Idem in eo, qui per metum iurat se accepturum aliquam in uxorem, subintelligendo, si mihi placebit.
- 47 Idem in muliere, quae sciens occultum impedimentum dirimens, metu excommunicationis iurat se velle viro cohabitare, subaudiendo, si mihi licebit.
- 48 Idem in eo, qui pecunia egeus iurat se illam non habere, intelligendo admutuandum.
- 49 Idem in aditrea, quae iurat se adulterium non commisisse, subaudiendo, in alio die, vel loco.
- 50 Idem in Clerico, qui ut se eximat ab indebita solutione gabellae, iurat se nihil portare, subaudiendo, ex quo gabellam solvere teneatur.
- 51 Idem in vitatore veniente ex loco, qui peste infectus creditur, & iurat se inde non venire subintelligendo, tanquam ex loco infecto.
- 52 Idem in penitente, qui male interrogatus a Sacer-

dote, falso negat se confessum fuisse aliquod peccatum, subaudiendo, ita ut illud dicere teneatur.

45 Iuramentum quoties exigitur ad faciendum peccatum, potest quis iurare se facturum, subintelligendo intra se, si absque peccato id sibi licuerit. Contrarium a n. 80. usque in fin.

46 Reus non iudicem interrogatus potest iurare se delictum non commisisse, intelligendo intra se, prout subest illi iudicio, & n. 129.

47 Et idem in teste, qui iurat se nescire. Contrarium n. 129.

48 Nescio, peritiam recipit hanc interpretationem, scilicet ad revelandum.

49 Iurans falsum in iudicio ex iusta causa, subaudiendo in mente aliquid, quod reddat sensum verum, non peccat secundum aliquos.

50 Idem patant in eo, qui occidit hominem ad sui defensionem, vel putans esse feram, & negat in iudicio se occidisse, intelligendo intra se de facto criminoso, & n. 127. & 153. & seqq.

51 Idem in eo, qui ut sibi satisfaciatur de iniusta taxa, negat in iudicio seu fraudasse, intelligendo, ita ut deliquerit.

52 Idem in eo, qui ut se eximat ab imputatione homicidij, quod non commisit, in iudicio negat gladium reperitum penes cadaver esse suum, subaudiendo in mente, quatenus est iudicium illius delicti.

53 Idem in eo, qui ad sui sustentationem abscondit bona, ne a creditoribus capiantur, & negat iudici se illa habere, subaudiendo, ita ut teneatur manifestare.

54 Idem in eo, qui cum pecunias mutuo acceptas restituerit, in iudicio negat mutuum, subintelligendo, ita ut teneatur solvere.

55 Mendacium non est uti verba falsum significantibus, quando attentis circumstantijs recipiunt sensum verum iuxta interrogantis intentionem, quam respondens mente concipit. Contrarium, n. 153.

56 Mendacium omne ex suo genere est peccatum. Adeo nec ad vitandam mortem, aut publicitatem servandum, nec pro salute animae, nec pro Dei gloria mentiri liceat, ibid.

57 Mendacio, & odio Dei adeo intrinseca est malitia, ut nec per omnipotentiam Dei absolutam possit auferri.

58 Mendacium non perniciosum, sed officiosum, vel iocosum est peccatum veniale. Sed addito iuramento fit peritium, n. 60.

59 Peritium est mendacium iuramento firmatum.

60 Peritium omne, quantumcumque mendacium sit leve, ex sui ratione est mortale.

61 Est grave scelus, & in Leges & in Prophetis, & in Evangelio prohibuitur.

62 A quo nec metus mortis excusat.

63 Per illud infertur veritati Dei atrocissima iniuria, quae sine mortali esse non potest.

64 Menlacio interveniente ex universali regula iuramentum semper est mortale, & n. 82.

65 Iuramentum in foro animae an sit interpretandum iuxta intentionem recipientis vel iurantis: alie distinguuntur, ut n. seqq. usque ad n. 80.

66 Intellectus cap. Quacumque arte, 22. q. 5. & n. seqq. usque ad n. 81. maxime n. 76.

67 Iurans falsum super lapidem, peritium est.

68 Sermo malus toties procedit de ore nostro ad destruktionem audientium quoties loquimur non

R 2

Prosp. Fagn. in l. p. 5. lib. Decretal.

ne convenit audientibus, & n. 136.
 70 Intellectus r. Humane aures, 22. q. 7. & n. seqq. usq. ad n. 80. maxime nu. 76. & 162. vers. Non obstat secundum.
 71 Intentio non debet verbis deservire, sed verba intentioni.
 72 Perjurium est non quod quis ore, lingua ve protulit, sed mente iurata concepit, & animo.
 Declaratur n. 76.
 73 Iuramentum in consilio anime. secundum intentionem iurantis recipit interpretationem, sed in iudicio secundum ius ex sententia innocenti.
 74 Contrarium, Declaratur n. 76.
 75 Iurantis intentio non ita est attendenda, ut sit in libertate sua exponere verba ut vult, sed secundum id, quod communiter intelligitur.
 76 Iuramentum si non sit eadem intentio iurantis, & suscipientis, in foro anime accipiendum est iuxta sanum intellectum eius, qui dolum non adhibet, & n. 80. & 162. vers. Non obstat secundum.
 77 Iurantis, & recipientis simplicem intentionem considerat Deus, & ex parte utriusque verborum artem aspernatur, & adit.
 79 Iurare falsum subaudiendo aliquid in mente, quod reddat sensum verum, esse peccatum mortale, latissime ostenditur n. seqq. usque ad n. 138.
 80 Iuramentum artificiosè compositum ad fallendum proximum accipit Deus secundum quod i, cui iuratur intelligere debet iuxta rectam intelligentiam verborum.
 81 Lingua loquentis est tuba cordis.
 82 Mendacium iuramento firmatum in quacumque materia, & ex quacumque causa semper est peccatum mortale, & n. 83.
 83 Mendacium committit qui scienter utitur falsa significatione vocis, & aliud subaudit in mente, quod reddat sensum verum, & n. seqq. usque ad num. 96. & n. 146.
 84 Mendacium est falsa vocis significatio cum intentione fallendi.
 Idem falsum dicitur n. 88. & seqq.
 85 Falli, & errare est unum pro alio, seu falsum pro vero putare.
 86 Iuramentum in quacumque materia est mortale, si verba sunt falsa.
 87 Subauditio implicita in mente retenta non excusat quin sit falsa vocis significatio, & n. 97. usque ad n. 102. & n. 111. & 147.
 88 Fallit quisquis falsum loquitur, etiamsi audiens non fallatur, quia fallaciam intendit secundum quod est in fallente, & n. seqq.
 89 Mendacia si non habeat quem decipiant, ipsa sibi mentiantur.
 Mendacy ratio sumitur a voluntate falsum enunciandi; intentio autem imprimendi falsum in alterius opinionem fallendo ipsam non pertinet ad rationem mendacy, sed ad quamdam illius precessionem, ibid.
 94 Mendax est qui lingua profert contrarium eius, quod mente gerit, & n. seqq.
 91 Mendacy ratio formalis consistit in difformitate, & difformitatem ab intentione.
 92 Mentientis malum est unum habere clausum in pectore, aliud proprium in lingua.
 93 Voces cum sint signa intellectus innaturale est, ut aliis qui voce significet quod habet in mente.
 94 Iuramenti verba si non admittunt sensum, quem iurans mente concepit, a perjurio non excusant.

97 Vox externa, que significat falsum, in nullo casu admittit subauditioem internam, que significet verum, & n. seqq. usque ad n. 102.
 98 Verum & falsum invicem contraria, & esse non possunt in eodem subiecto.
 99 Perjurium est aliquid iuramento promittere, subaudiendo in mente conditionem natura impossibilem.
 100 Conditio impossibilis natura vitiat stipulationem.
 101 Esse, & non esse, contradictonie sunt opposita.
 102 Perjurus est qui apparenter iurat, sed intentionem habet aut non iurandi, aut se iuramento non obligandi, aut promissionem iurati non adimplendi.
 103 Mendacium est materia omnino contraria iuramento tam interiori, quam exteriori.
 104 Iuratus in dolo, in cuius mente est non sic se facturum ut promittit.
 105 Perjurus est antequam iuret, qui peierare paratus est.
 106 Infidelium sectas ore profiteri, subaudiendo in corde, si mihi liceat, nefas est Christiano.
 107 Iuramentum est actus latrice.
 108 Iuramento firmare id, quod nihil est, perjurium est.
 109 Verum, & nihil sunt contradictonie opposita.
 110 Iuramentum, cui veritas non est comes, est perjurium, & n. 113.
 111 Mentiens nihil dicit, quia non dicit quod vox significat, nec dicit quod cogitat.
 112 Veritas est ut quod est dicitur.
 114 Mendacium est non solum in falsis verbis, sed etiam in simulatis operibus.
 115 Et aequale est peccatum.
 116 Falso qui mentitur, & mente concepit, verum, non est a mendacio immunus, & n. 140.
 117 Res verbis accommodare non est in facultate hominis, sed solius Dei, & n. 156.
 118 Nec verbis significationem imponere.
 119 Veritas in iuramento est ad quatuor voces adrem.
 120 Iurans falsum in iudicio, & subaudiens in mente verum, est obnoxius Deo.
 121 Item iudici, & n. seqq. usque ad n. 132.
 Item parti, n. 131. & n. seqq.
 122 Perjurium est nequiter decipere credentem.
 123 Sententia ferri debet secundum acta, & probata.
 124 Veritatem occultans meti cuiuslibet potestatis, iram Dei super se provocat.
 125 Accusatus de crimine capitali non potest iudici secundum iuris formam interroganti veritatem celare sine mortali peccato, & n. 155.
 126 Damnatus ad mortem peccat aufugiendo de carcere.
 127 Tacens veritatem iudici non iuridice interrogati non peccat.
 128 Carceratus iniuste peccat non fugiendo de carcere. Contrarium n. 130.
 129 Reus non tenetur respondere si iudex exquirat quod non debet secundum ordinem iuris, sed potest appellare, vel alias licite subreptugere, sed non potest iuramentum.
 131 Accusator si in probatione deficiat, tenetur pena talionum.
 132 Item efficitur infamis, & communionem privatur.
 133 Iuramentum institutum est non per quod se homines fallant, sed per quod quisque in alterius notitiam cogitationes suas profert.
 134 Verbis uti ad fallaciam, non ad quod instituta sunt peccatum est.
 135 Iuramenti finem destruit modus iurandi per internas subauditioes verborum sensum invertens.

136 Si iuranti comes principalis est veritas in audientia notitiam delata.
 Voces instituta sunt, ut adstruatur veritas apud audientem, quia est apud loquentem, & qui ad aliud utitur, incurret peccatum mendacy, ibid.
 138 Iurans alta voce aliquid falsum, & superaddens aliquid voce submissa, & in perceptibili, quod reddat sensum verum, mortaliter peccat.
 139 Respondere nihil, vel ita respondere, ut incertus dimittatur interrogator, paria sunt.
 140 Iurans ita licite rationate perdo, cum apostropho ut audientem fallat, intendens significare perdo io, perjurium committit.
 141 Idem in eo, qui iurat per ver. Uro, supprimendo litteram l.
 142 Idem in eo qui pronunciat iuramenti verba interrogative, ut contrarium sensum inducant.
 143 Idem in eo, qui intendit trone loqui ad fallendum proximum.
 144 Mentiri aliud est, quod nunquam licet, aliud veritatem occultare, quod aliquando licet, & numer. 164.
 145 In iuramento uti amphibologia, seu equivocatione etiam ex iusta causa, vel incose, est mortale peccatum, si verba communi audientium usui non admittant sensum verum, quem iurans intendit.
 Secus si verba utriusque sensum admittant, n. 147. & n. 152.
 Quod tamen fallit in iudicio, n. 145. & seqq.
 146 Iuramentum est accipiendum iuxta propriam, & communem verborum intelligentiam.
 Mendacium idem est, quod assertio falsi cogniti, ibid.
 Peccatum grave, & mortale idem sunt, ibid.
 147 Iurans non obligatur nisi secundum intentionem suam, si verba ita duplicia sint, ut aequaliter diversos sensus expriment.
 148 Amphibologia, qua usus est B. Franciscus an salvetur a mendacio.
 149 Amphibologia, seu equivocatione dolose uti in iudicio est mortale peccatum etiam si verba ex communi intelligentia utriusque sensum admittant.
 150 Veritatis proditor est, qui in iudicio non libere veritatem pronunciat, & quem libere pronunciare potest.
 151 Testis tenetur pone falsi, qui obsecrat, versute, aut per malitiam testificatur.
 152 Mendacium salvari non potest ex interrogantis intentione, quibus respondens mente concepit attentum circumstantis.
 154 Maxime in iudicio.
 155 Iudex debet solam veritatem indagare pro administratione iustitie.
 156 Scriptura sacra preter sensum litteralem insunt alij sensus spiritaliter, & mystici.
 157 Omnes scientias transcendit, quia dum narrat gestum, pronit mysticum.
 158 Nec multiplicata sensuum facit equivocationem, nec aliquem speciem multiplicatam.
 159 In nulla scriptura humana potest reperiri nisi sensus litteralis, sed tantum in divina, cuius spiritus sanctus est auctor, homo vero instrumentum.
 160 Mendacium per verus Testamentum utri non licet, & n. 162.
 161 Et quomodo in Scriptura divina a mendacio excu-

setur que secundum litteram videntur falsa.
 164 Falso aut verbus significare id quod non est, nunquam licet: sed pratermittere significare id, quod est, aliquando licet.
 165 Simulatio, seu falsio, cui mendacium non inest, utilitatis causa interdum est licita.
 166 Ore non aliud loquamur, & aliud corde de se nitus iudis, & Hierodiani.
 1 FALSIDICUS. Jo Andr. non summat, quia breve est; sed secundum Abbatem, & sequaces hoc dicit, Testis falsidicus tres ledit, Deum, iudicem, & partem: & falsus est non solum mendacium dicit, sed etiam qui veritatem occultat; secunda pars ibi, aequique. In supra scriptione tribuitur Augustino, cui etiam tribuitur a Raymundo, Contr. & Gratiano in cap. Quisquis metu in supra scriptione, r. qu. 7. Non sunt tamen verba Augustini, sed Hieronimi lib. 3. de somno bono cap. 59. ut refert Anton Augustin in nota ad primam collectionem Decretalium lib. 5. tit. 16. cap. 2. & notatur hic in glos. marginali in princip. & in nota post. d. c. Quisquis.
 3 Nota primo ibi, tribus personis est obnoxius: unico delicto posse aliquem ledere plures personas, & teneri omnibus ad satisfactionem, Butr. hien. 3. Abb. & Marian. Socin. in 1. nos ad. Facit quod legitur, & notatur in l. Nunquam. ff. de privat. delict. & in cap. Parochia. nos. de sent. excomm. Et quis in tribus offendit, ut tribus panitur, ut hic in glos. penult. & per Hostien. nam 4. & Butr. n. 6. quod latius prolequitur Abb. n. 5. & 6.
 5 Secundo nota ibi, & qui veritatem occultat: rectem esse falsum, & pena falsi tereris non modo cum mendacium dicit, sed etiam cum celat veritatem. Idem dicitur in c. Quisquis, 11. q. 3. Hoc tamen intellige secundum Abb. hic in 2. not. ab. quando interrogatus super certo articulo, respondet se nihil scire, vel quando juravit dicere puram, & meram veritatem, & multa subicit, ut in c. Cum dilecti, supra de accusat. Et idem est si dixerit, se non recordari de eo, de quo verisimiliter recordari debet; vel si deposuerit obsecrate, versute, aut per malitiam, Farinae, in prax. criminali part. 2. q. 67. nu. 223 & 225. & dicam infra num. 151. Secus autem ubi non iurasset, vel non fuisset interrogatus, ut in d. l. Nunquam. ff. de privat. delict. Tunc enim non tenetur de fallo si veritatem non operit; quia testis non debet esse verborum, sed satis elicit respondet ad interrogata, secundum Abb. Sed tu vide Marian. Socin. num. 4. c. & seqq.
 7 Tertio nota in istis verbis: peccatum esse veritatem celare, quod tamen intelligunt Goffr. & Innoc. hic in fin. Quando quis assumpsit officium testificandi, vel quando alias de veritate loquere non potest: & concordant Abb. Antiqui in fin. Hostien. num. 6. Jo. Andr. num. 1. Butr. num. 7. Cardin. num. 1. Anchar. num. 5. & Abb. Sicul. in 3. notab. Sed tu latius distingue secundum Marian. Socin. in 4. not. num. 5. nam aut quis officium testificandi assumpsit: & peccat tacendo veritatem, ut hic, ut notatur in d. cap. Quisquis, 11. quass. 3. in glos. l. iuncto in d. cap. Fratemitatis, supra de testib.
 8 Goffred. Innoc. & alij preallegati, & dicit Butr. num. 2. & 5. hoc esse peccatum mortale, quia est contra charitatem, & preceptum Dei: quod latius patebit infra num. 125. Et idem dicendum si aliter ex officio assumpto ad hoc teneretur pro-

10 pter eandem rationem; & consentit Abbas Siculus ubi supra. Si verò quis non assumptit officium tellis, vel similis, in quibus tenetur interrogatus respondere, ut in Superioribus, ad quorum interrogationem subditus tenetur pandere veritatem; & tacens peccat, ut in cap. 2. supra de maior. & obedi. & cap. Qui resistit. 11. q. 3. & latius dicam infra.

12 fra. num. 12. Aut non cogitur respondere; & tunc aut veritas aliter haberi potest; & non peccat, nisi ipse affectare procuraret, ut veritas ab aliis haberi non posset, sed solum ab ipso, ut in cap. Primum, & cap. Ne quis, 22. q. 2. Aut non potest aliter de veritate liquere; tunc aut taciturnitas tendit ad damnum proximi; & hoc etiam, casu tacens peccat, arg. hujus cap. quia in mandato legis continetur, Dilige proximum tuum sicut te ipsum, cap. Charitas, §. Proximus, de pen. dist. 2. Et quia quod mihi prodest, & non nocet, facere tenentis, l. 2. §. Item Varus, ff. de aquis pluvial. arden. & notat glof. in cap. Quisquis metum, in ver. Prodest, 11. q. 3.

13 Si verò taciturnitas tendit in utilitatem proximi, ut in causa criminali, ne proximus damnetur; & hoc casu non est peccatum tacere, ex quo non acceptavit officium testificandi, nec alias ex officio tenetur, ut in cap. Diligentium, supra de testib. cogn. Quod tamen verum est, nisi in subsidium secundum Innoc. in cap. 1. eod. tit. Et prædictis adde, quod peccat etiam qui tacet veritatem in impetratione, quam facit à Principe, ut cap. Super literis de recept. secundum Marian. Socin. hic num. 20.

19 Ultimò nota ex fin. litteræ, pari reprehensione dignum videri eum, qui nocet injustè, & eum, qui iustè non vult prodesse: utrumque enim est contra officium Sacerdotis, cap. final. in princ. supra de postul. Hostien. hic in fin. Jo. Andr. num. 1. in fin. Abb. num. 4. in fin. vers. Ultimo, & Marian. Socin. num. 20.

20 QUÆRO, An sit mortale peccatum jurare falsum, subaudiendo aliquid in mente recentum, quod reddat sensum verum.

Hec est frequens Modernorum concertatio, in qua conveniunt omnes, peccatum esse sit jurare sine iusta causa. Licet variatum sit sententiis, quale sit peccatum. Aliis quidem affirmantibus esse mortale, quia sic jurans agit contra præcipuū juramenti finem, qui est determinatam veritatem aperire, cap. Juramenti, 22. q. 5. & latius patebit infra num. 133. Inter quos recensentur Cardin. Cajet. in 2. 2. quest. 89. art. 7 in respons. ad 9. col. penult. vers. Ad hoc dicitur, Sor. lib. 5. de iust. & iur. quest. 6. ar. 2. conclus. 7. & in lib. 8. conclus. 1. art. 7. col. ult. & de Secreto membr. 3. qu. 2. conclus. 3. in fin. Corduba in Summa q. 65. Azor. in lib. 1. de iust. & iur. cap. 4. q. 5. in fin. Lopez par. 1. in structorijs, cap. 42. col. 7. vers. Item qui non, & vers. 19.

21 Alijs verò exiustimantibus tantam esse culpam venialem sine iusta causa sic jurare, dummodo id non fiat in iudicio ad legitimam iudicis interrogationem nec in præiudicium tertij; quia in tali juramento deest sola discretio, seu iudicium, cap. Vnum orarium, §. Que autem circa fin. vers. Si dum incauti iuranti, 25. dist. Et quamvis hoc adverterit sint juramenti, tamen dicant id contingere in materia levi; ac proinde non ingerere culpam mortalem, argum. cap. Ne quis arbitretur, §. Duo sunt, 22. q. 2. Cujus sententia: sunt Thom.

Sanchez Super Decalogo tom. 1. lib. 3. cap. 6. n. 15. Bonacina tract. de Legib. dist. 3. q. 1. puncta 2. num. 3. Falluc. in quest. moral. tom. 2. tract. 25. cap. 11. num. 331. & novissimè Diana resoluit moral. par. 2. tract. 1. Miscell. resolut. 25. & vacillando Leonard. Lessius lib. 2. cap. 42. dub. 5. num. 98. in fin. dicens: Quod si tali orationi, cum iusta causa non subest, addatur iurandum, ut si iures Principem esse in oppido intelligendo pictum, joci causa erit grave peccatum, quia est magna irreverentia suis locis Deum testem adhibere, fortè tamen si scandalum absit, non erit mortiferum.

26 Sed si iusta causa subest, puta quia id necessarium, aut utile sit ad salutem corporis, vel ad honorem, aut ad res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis finem; tunc multorum opinio est, nullam esse culpam jurare id, quod falsum est secundum vocis significationem implicite subaudiendo aliquid in mente, quod efficiat sensum verum; eamque tenentur Navar. in cap. Humane aures, 22. q. 5. in 2. qu. num. 12. Gregor. de Valen. tom. 3. dist. 5. quest. 13. punct. 2. & tom. 4. dist. 7. qu. 13. punct. ult. Salon. in 2. 2. q. 69. art. 2. controvers. 11. in 4. ratione, & in solut. ad 1. & ad 2. Toledo in Summa lib. 4. cap. 21. n. 9. Philarchus de offic. Sacerd. tom. 1. par. 2. lib. 3. c. 14. Suarez tom. 2. de Religion. lib. 3. cap. 11. num. 4. & 5. Reginal. in prac. tom. 2. lib. 2. cap. 1. num. 10. & mordicus tenet Sanchez alios referens Super Decalogo, tom. 1. lib. 3. d. cap. 6. num. 17.

27 Pro hac opinione ponderant primò hunc loquendi modum per implicitas subaudiendas frequenter usurpari in sacris Litteris: nam Ioan. 7. Salvator dixit, Non ascendam ad diem festum; & tamen statim ascendit, & nihilominus loquutio vera fuit ex subaudiitione in mente Christi retenta, scilicet non ascendam manifestè, quem sensum significatio vocis non importabat; & Tobie 5. Angelus dixit, Ex filiis Israel ego sum Azarias amicus magni filii. Quæ verba similiter secundum propriam significationem erant falsa, sed tamen vera secundum interpretationem retentam in mente Angeli. Item Genes. 27. Jacob dixit, Ego sum primogenitus tuus Esau, & feci sicut præcipisti mihi. Quorum utrumque fuit falsum, inspecta verborum significatione; & tamen eum vindicant à mendacio multi, quos refert, & sequitur Pereira in eum locum dist. 5. per totum. Item Matth. 11. Christus dixit, Joannem esse Eliam, Item Genes. 12. Abraham rogavit Saram uxorem suam, ut uxorem eius se esse mentiretur; & tamen hæc quoque ex subauditis sensibus à mendacio excusantur, ut in cap. Queritur, & in §. Item opponitur, 22. q. 2.

28 Deinde pro eorum opinione inducunt textum in cap. Humane aures, 22. q. 5. ubi dicitur. Humane aures verba nostra talia iudicant, qualia foris sonant; Divina verò iudicialia esse audiunt, quia illa ex intimis proferuntur. Igitur veritas, aut falsitas sermonis non est accipienda ex verbis externis, sed ex intentione proferendis; ut ibi in gl. 2.

29 Nec mirum, quia ut dicitur in cap. Intelligentia, infra de verb. signific. Intelligentia verborum ex causis est assumenda dicendi, quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus.

31 Nec linguam ream facit nisi rea mens, ut cap. Homini in fin. 22. q. 2.

32 Tertiò arguitur ab etymologia, seu allusione

vocabuli, ad text. in l. Notionem, §. Instrumentorum, ff. in verborum signific. cum similib. nam mentiri est contra mentem ire, Connan, lib. 1. cap. 3. num. 2. Raphael Cuman. in l. Si quis extraneus, ff. de acquir. hered. Quare externa verba materialiter tantum se habent ad rationem mendacij, nec refert utrum vera sint, an falsa; sed formaliter ex mente proferentis est accipienda, cap. Is autem mentitur, §. Nemo meus, 22. quest. 2. S. Bonaventura in 3. sententiarum, dist. 8. quest. 1. num. 2. & 10. Cum ergo hoc casu mens non intendat aliud verbis asserere, aut negare, quia quod ipsa concipit, utique verba non advertantur intentioni; ac proinde cum non sint mendacium, nullum erit peccatum illa iurando firmare, cap. Animadvertendum, 22. q. 2.

33 Id quod etiam confirmant, quia ratio mendacii non consistit in falsitate menti alterius impressa; alioquin mentiretur etiam qui utitur verbis ex se ambiguis, quod est falsum, ut patet infra num. 174. Rursus non consistit in usurpatione verborum in sensu improprio, & qui eam amphibologiam non admittit: sed mendacium est intendere et verbis negare eam ipsam veritatem, quæ mente concipitur, d. cap. Is autem mentitur, 22. quest. 4. quod secundum eos non contingit in casu proposito.

34 Quartò arguitur sic: Mendacium est non modo cum quis intendit exprimerè falsum verbis, sed etiam factis, cap. Cavetis, 22. q. 5. S. Thom. in 2. 2. q. 111. art. 1. sed non mentitur qui, v. g. dirigit gressus in aliquam partem, ad quam ore non intendit; quia non vult significare se animum illuc eundi habere, quamvis adstantes id concipiant; sed tantum vult occultare animum suum aliò eundi, ut idem docet eodem art. 1. ad quartum. Ergo similiter non mentitur qui verbis non intendit aliquid falsum significare; sed tantum celare aliquam veritatem audientibus intendendo dicere solum id, quod verum est secundum implicitam subaudiitionem in sua mente retentam.

35 Ultimò asserunt: saltem negari non posse quin hæc opinio sit probabilis cum tot falsilibus rationibus, & auctoritatibus fulciatur, argum. Clémentis, §. final. de Summa Trinitate, & Fid. Cathol. in concursu autem probabilium opinionum, ubique proclamant nullum esse peccatum eligere probabilem, licet contraria sit probabilior, ac rutilior.

36 Ex conclusione ut supra firmata deducunt primò ut interrogatus de re, quam expediat sub secreto regere, possit licetè jurare se nescire, subaudiendo intra se, ita ut expediat revelare, quia locutio vera est, & urget necessitas sic jurandi: ita Sylvest. in ver. Mendacium, quest. ult. vers. Quarto, qui tamen non loquitur de juramento, Sor. de iust. & iur. lib. 5. quest. ult. art. 2. col. penult. Petr. à Navata de restit. lib. 2. cap. 4. in nova edit. in 3. par. dub. 5. n. 242. quos refert, & sequitur Sanchez, Super Decalogo lib. 3. c. 6. n. 25.

37 Deducunt secundò, ut si per injuriam extorqueatur promissio jurata de solvendo aliquam pecuniam licet jurare se soluturum, subaudiendo hanc conditionem in mente retentam, si debuerò; quod tenuerunt Angel. in ver. Juramentum, 3. n. 8. casu 9. Sylvest. in ver. Juramentum, 4. q. 7. vers. Secandum, ubi sic ait: (Si verò in aliquo sensu intendebat facere quod jurabat, licet non in sensu

eius, cui jurabat, ut quia juravit dare centum latroni, subaudiendo in animo suo, si debuerò; tunc non peccat, quia non tenetur jurare secundum intentionem ejus, cum non sit suus iudex, sed utitur simulatione licita.) Quod licet, ut in cap. Vitalem, 22. q. 2. & sequuntur Navar. in cap. Humane aures, 22. q. 5. in 3. qu. n. 6. in fin. & in manuali cap. 12. n. 14. Azor. in lib. moral. tom. 1. lib. 11. cap. 4. q. 5. reg. 3. in iudic. vers. Primo quidem, Gregor. de Valent. in 2. 2. dist. 62. q. 7. puncto 4. col. antepenult. & Sanchez Super Decalogo lib. 3. c. 6. num. 37. & 38. Oppositum tamen docuerunt Cajetan. in 2. 2. q. 89. art. 7. in resp. ad 4. col. penult. vers. ad hoc dicitur, & Arag. ibidem, circa solutionem ad 4. in 2. concl. & Sor. de iust. & iur. lib. 8. q. 1. art. 2. col. ult.

38 Deducunt tertio, ut coactus aliquam accipere in uxorem, quam accipere non tenetur tuta conscientia, jurare possit se illam accepturum, intelligendo intra se, si tenebor, vel si placuerit mihi: sic Toledo, in Summa lib. 4. c. 21. n. 9. & Sanchez ubi supra num. 39.

39 Deducunt quartò, ut mulier excommunicata eo quod viro non cohabitare propter occultum impedimentum dirimens iuxta terminos, cap. Litteras de restit. spoliat. & cap. Inquisitioni de sent. excomm. licetè possit jurare se cohabitaturam, subaudiendo in mente, si mihi id licebit, Angel. in ver. Juramentum 4. in princ. Sylvest. in ver. Juramentum 3. q. 2. vers. In juramento verò, Navar. in manuali c. 12. nu. 9. Philat. de offic. sacerdot. tom. 1. par. 2. lib. 3. cap. 14. ad fin. Sanchez Super Decalogo lib. 3. cap. 6. n. 40.

40 Deducunt quintò, ut rogatus ab amico, ut det ei pecunias mutuas, possit licetè, si illis egeat, juramento affirmare se illas non habere, quamvis verè habeat, subintelligendo intra se, ad sibi mutuumandum, Navar. in manuali c. 12. nu. 18. & in d. c. Humane aures, in 3. qu. n. 13. Philat. d. cap. 14. ad fin. Sayr. in Clavi Regia c. 4. n. 26. & Sanchez de. 6. n. 43. contra Cordub. de Secreto membr. 3. qu. 3. Enriquez in Summa lib. 3. de pen. cap. 19. num. 8. in Commento litteræ in fin. & Ludovic. Lopez in p. Instructorijs cap. 42. col. 7. vers. Item qui non tenetur.

41 Deducunt sextò, ut uxor interrogata à viro, nū commiserit adulterium, absque peccato jurare possit, se non commisisse, subaudiendo tacitè in alia die, vel in alio loco, quam in eo, in quo illud perpetravit, Navar. in l. cap. Humane aures in 1. quest. nu. 9. Philat. de offic. Sacerdot. tom. 1. par. 2. lib. 3. d. c. 14. ad fin. & Sanchez d. c. 6. n. 4. & est ex notè Sylvestri in ver. Juramentum 3. q. 2. vers. In juramento verò, ubi post Rosell. & Asten. sic ait: (Cū vir exigit ab uxore juramentum super adulterio, quia iniquè agit, poterit jurare, quod est verum secundum suam intentionem, licet sit falsum secundum intell. ctum audientis.) Sed contra Sor. de Secreto membr. 3. quest. 1. post 5. conclus. vers. Sed ais fortè, & de iust. & iur. lib. 5. quest. 2. art. 2. in corp. ad fin.

42 Deducunt septimò, ut Clericus interrogatus à cultodibus, an secus deferat aliqua bona eo fine, ut gabellam solvere compellatur, tunc jurare possit se nihil deferre, tacitè addendo intra se, ex quo debeat gabella, Sylvest. in ver. Mendacium, qu. ult. vers. Tertio, Sanchez Super Decalogo lib. 3. d. c. 6. num. 32. vers. Et eadem ratione, qui hoc ampliat etiam ad laicum in eo casu, in quo ex aliqua cau.

la non tenetur ad solutionem gabelle . ex Suarez
 tomo 2 de Relig. tract. de iuram. lib. 3. c. 9. n. 7.

43 Deducunt o Clavo. ut viator interrogatus à Cu-
 stodiis Civitatis, an venerit ex talio loco, qui cre-
 ditur, sed non est peste infectus, tuta conscientia
 jurare possit, se ex illo venire, subaudiendo
 implicite, tamquam ex loco suspecto, Sylvest. in
 ver. iuramentum 3. q. 2. in fin. Navar. inc. Humana
 aures, 22. q. 5. in 2. q. 5. in manual. c. 12. n. 19.
 Toled. in sum. lib. 4. c. 23. n. 9. Philiar. de offic. Sa-
 cerdos. tom. 1. p. 2. lib. 3. c. 14. ad fin. Suarez. ubi sup. &
 Sanchez d. c. 6. n. 35.

44 Deducunt nono, ut penitens à Sacerdote per-
 peram interrogatus, an tale peccatum confessus
 fuerit, licet possit jurare, se illud non fuisse con-
 fessum, concipiendo in mente, ita tenetur hoc
 illi manifestare: ita Enriquez in summa lib. 6. de
 poen. c. 19. n. 7. Gregor. de Valent. tom. 4. disp. 7. q. 13.
 penult. col. 2. & Sanchez d. c. 6. n. 44. contra
 Sor. in 4. disp. 18. q. 4. art. 5. in soluta. 4. vers. Atque
 considerate, qui ait penitentem posse quidem
 respondere se non dixisse: at non posse affirmare
 se non dixisse in confessione, aut se confessum
 non fuisse.

45 Demum hanc esse regulam universalem, ut quo-
 ties exigitur iuramentum ad faciendum aliquid,
 quod sine peccato fieri non potest, juratis possit
 semper jurare se facturum, intra se intelligendo, si
 absque peccato id facere potuerit, tradit Sylvest.
 in ver. iuramentum 3. q. 2. vers. In iuramento vero, &
 post eum Sanchez d. c. 6. n. 40.

46 Extendunt plerique præmissam conclusionem,
 ut locum habeat etiam in iudicio, si iudex non sit
 competens, aut interroget non iudice, se cunctis
 ea, quæ leguntur, & notantur in cap. At si Clerici,
 supra de iudic. unde si reus non legitime interro-
 getur de crimine, quod verè perpetravit, potest
 jurare se illud non commisisse, subaudiendo intra
 se, eo modo quod iudex interrogat, nempe ut
 subest illi iudicio.

47 Idemque affirmant procedere in teste, qui non
 iudicè interrogatus de aliquo delicto, potest re-
 spondere se nescire, intelligendo in mente, ita ut
 teneatur dicere, quamvis verè illud sciat: quia
 48 verb. nescio recipit hunc sensum, ut tibi dicam, se-
 cundum illud Marcij 13. De die illa nemo scit, neque
 filius hominis. Quod explicat B. Augustinus in al. 6.
 in prologo, ut intelligatur ad revelandum, sic Sylvest.
 in ver. Mentacium, q. ult. vers. 4. & Navar. in d.
 cap. Humana aures, 22. q. 5. in 1. q. n. 9. quem dicitur
 communiter receptum Sanchez super Decal.
 lib. 3. c. 6. n. 23. & 26. Sayr. in Clavi Regia lib. 4. c. 5.
 n. 24. & lib. 12. c. 17. n. 29. quamvis de hoc dubitet
 Sor. de iust. & iur. lib. 5. q. 6. art. 2. conclus. 7. & de
 secreto membro 3. q. 3. conclus. 4. & absolute id neget
 Sepulveda in lib. de ratione reddendi testimonij, cap.
 13.

49 Quinimo aliqui eamdem conclusionem exten-
 dunt etiam ad eum, qui in iudicio interrogatur
 iudicè: dummodo subest iusta causa sic iurandi.
 Et ex hoc.

50 Inferunt primò, ut si quis occiderit hominem
 ad sui necessariam defensionem, vel ignoranter pu-
 lans esse feram, aut rem alienam furripuerit in
 debiti compensationem, de hoc in iudicio legiti-
 me interrogatus, rata conscientia negare possit,
 intelligendo intra se de facto criminoso; sic Ban-
 nes in 2. 2. q. 69. art. 2. dub. penult. Salon. ibidem

controver. 11. in 4. ratione. Sayr. in Clavi Regia lib. 12.
 c. 17. n. 26. Lessius de iust. & iur. lib. 2. c. 31. lib. 3. n.
 13. & Sanchez super Decalogo lib. 3. c. 6. n. 29. qui ex
 eadem ratione deducit, ut si taxa alicuius meritis
 sit iniusta, & aliquis majori pretio vendiderit, vel
 defraudaverit in pondere, & mensura, ad hoc ut
 51 sibi latifaceret pro pretij iniustitia, interrogatus
 à iudice an pluris vendiderit, vel fraudaverit in
 pondere, & mensura, possit licite jurare se pluris
 non vendidisse, nec fraudasse, subaudiendo in
 mente ita ut deliquerit.

52 Inferunt secundo, ut si reposito cadavere ali-
 quis interrogatur à iudice, an gladius ibi repertus
 sit suus, vel tali hora illac transiverit, licite possit
 juramento id negare, si verè homicidium non com-
 miserit, subaudiendo intra se, quatenus est mediū
 illius delicti: ita Sor. de secreto memb. 2. q. 7. post 3.
 conclus. dub. 2. Manuel. de ordine iudicario. c. 10. n. 7.
 Salon. ubi supra, Sayr. d. c. 17. n. 11. Lessius d. d. lib.
 3. n. 14. Sanchez d. c. 6. n. 30.

53 Inferunt tertio, ut si quis ad sui necessariam su-
 stentationem absconderit aliquam bona, ne à cre-
 ditoribus capiatur, juridicè interrogatus jurare
 possit, se nulla bona abscondita habere, addendo
 intra se, ita ut iudici manifestare teneatur, Sanchez
 ubi supra n. 31.

54 Inferunt demum aliis præmissis, ut si quis
 pecunias mutuo acceptas solverit, & interrogat-
 ur à iudice de mutuo, possit juramento id negare,
 subaudiendo in mente, ita ut solvere teneatur,
 Jac. in l. Mansisset, col. penult. ff. de iureiur. Cepoll.
 cautel. 60. Alciat. in l. 1. §. Si quis simpliciter, n. 7. §. ff.
 de ver. obligat. quos refert, & sequitur Covar. lib. 2.
 var. resol. cap. 2. n. 4. Azor. institut. moral. tom. 1. lib.
 11. c. 4. q. 5. reg. 2. Suarez tom. 2. de Relig. tract. 2. de iur-
 am. lib. 3. cap. 9. n. 6. & Sanchez d. c. 6. n. 32. qui hoc
 ampliat pluribus modis.

55 Quas quidem illusiones turpet ea præcipue ra-
 tionem, quod est verba ex proprietate vocabuli fal-
 sum significent: tamen attentis circumstantiis
 loci, temporis, personæ, & modi interrogandi, reci-
 piunt sensum verum iuxta interrogantis inten-
 tionem, quam respondens mente concipit: ideo
 verba huiusmodi possunt absque mendacio usur-
 pari, prout hanc regulam tradunt Navar. cap. Hu-
 mana aures 22. q. 5. in 2. q. 5. in fin. Bannes in d.
 2. 2. q. 69. art. 2. dub. penult. & ibi Salon. controver. 11.
 Azor. institut. moral. tom. 1. lib. 11. c. 4. q. 5. reg. 2. Sayr.
 in Clavi Regia lib. 12. c. 17. n. 26. Suarez tom. 2. de Reli-
 gione, tract. de iuram. lib. 3. c. 9. num. 6. Sanchez d. c. 6.
 num. 14.

56 Cæterum his non obstantibus, ego verius puto
 huiusmodi implicitas subauditiones non excusare
 sic jurantes à culpa mortali, & hanc esse præficio-
 sam cautelam ad mentium dam, & pejerandum in
 stragat animarum. Quod ut evidenti appar-
 eat, præmitto duas conclusiones, in quibus una-
 nimiter conveniunt Theologi, & Canonistæ.

57 Prima conclusio est, Omne mendacium ex ge-
 nere suo est peccatum, secundum illud Eccles. 7.
 Noli velle mentiri omne mendacium: adeo ut nullo
 casu nec ad vitandam sui, vel alterius mortem,
 nec ad pudiciam servandam, nec pro salute ani-
 mæ, nec etiam pro Dei gloria mentiri liceat. Jura
 sunt clara in cap. Primum est capitale, in cap. Ne
 quis arbitretur, & in cap. Faciat homo, cum duobus
 cap. seqq. 22. q. 2. & docet S. Thom. in 2. 2.
 q. 81. art. 1. Imò quod est mirabile, multo-
 tum

tum sententia est, Deum ex potestate absoluta
 posse dispensare etiam in lege naturali, eamque
 immutare auferendo malitiam à quibusvis actibus
 lege naturæ prohibitis, ita ut nullum sit peccatum
 furari, occidere, fornicari, &c. & tamen conveni-
 unt omnes nullam cadere dispensationem in odio
 Dei, & mendacio, quibus adeo essentialis, intrin-
 seca, & inseparabilis est malitia, & inordinatio, ut
 nec per omnipotentiam Dei absolutam possit au-
 ferri, ut latissime differit, & probat Suarez de legib.
 lib. 2. cap. 15. per tot. maxime n. 4. vers. Qui enim fieri
 potest. num. 5. & n. 12. vers. Vnde mendacium. & n. 23.
 concludens in præceptis 2 tabulæ nullam inveni-
 ri immutabilitatem, ex parte materiæ solo excepto
 mendacio, tum propter alias rationes ibi ad-
 ductas, tum verò quia eius deformitas non pendet
 ex alio domino, vel divino iure, sed statim ori-
 tur ex dispositione verborum ad mentem: quod
 etiam docuit S. Bonaventura in 3. sent. dist. 1. q. 8.
 q. 2. n. 25. & 26.

59 Secunda conclusio. Quamvis mendacium ioc-
 osum, vel officiosum si nihil habeat periculosi sit
 peccatum veniale, cap. Ne quis arbitretur. §. Duo sunt
 omnino genera, 22. q. 2. glof. ult. in cap. Nec arificio-
 so, ead. caus. & quest. S. Thom. in 2. 2. q. 70. art. 4.
 Tamen si iuramentum adiciatur, transit in peri-
 urium, quod nihil est aliud, quàm mendacium iu-
 ramento firmatum, ut dist. 1. Magister in tertio
 sent. dist. 39. & ibi Sanct. Thom. 1. art. 7. Omne
 autem periurium, quantumcumque mendacium
 sit leve, ex sui ratione est peccatum mortale, ut
 cap. in novo, ibi. [Pejerare in manu peccatum est,
 & cap. ult. 22. q. 1. ubi dicitur, (Periurium grave
 scelus esse, & in lege, & in Prophetis, & in Evan-
 gelio prohibitum, & talem de periurio penitentiam
 imponi debere, qualem & de adulterio, &
 de fornicatione, & de homicidio sponte commis-
 so, & de cæteris criminalibus vitijs.] hec ibi:
 adeo ut à periurio nec metus mortis excuset: nam
 ut legitur in cap. Si quis, q. 5. qui coactus pro vita
 redimenda, vel pro qualibet causa, vel necessitate
 periarit, plus corpus, quàm animam diligit: & probat
 S. Thom. in 3. sent. dist. 39. q. 1. art. 5. & in 2. 2. q.
 98. art. 3. Covar. in cap. Quamvis, de pactis in 1. par.
 §. 1. num. 4. Reddens rationem, quia cum in iu-
 ramento Deus adducatur in testem, periurium
 semper est mortale etiam in re. viliissima, quia a-
 trocissima fit iniuria in eius veritatem: quæ qui-
 dem contumelia non potest absque peccato mor-
 tali contingere: & idem repetit lib. 1. var. resol. ut
 cap. 1. num. 2. circa medium, vers. Nam quod de iura-
 mento. Et hanc esse universalem regulam, ut
 mendacio interveniente, semper iuramentum sit
 mortale, tradit Cajetan. in 2. 2. q. 89. art. 7. in re-
 sponstone ad 4. col. 7. vers. Ad hoc dicitur.

60 Quibus suppositis, pro solutione questionis an-
 te omnia inquirendum est. An iuramentum in
 foro animæ sit interpretandum iuxta intentionem
 recipientis, vel jurantis. Huius autem articuli
 determinatio potissimum pendet ex intellectu, &
 conciliatione duorum iurium, quæ videntur inter
 se contraria, nempe cap. Quicumque arte, & cap.
 Humana aures, 22. q. 5. Nam in d. cap. Quicumque
 Ildorus ait, (Quicumque arte verborum quinq;
 juret, Deus tamen, qui conscientie testis est, ita
 hoc accipit, sicut ille, cui iuratur, intelligit. Dupli-
 citer autem reus fit: quia & Dei nomen in va-
 num assumit, & proximum dolo capit.) Hæc ibi:

68 concordant text. in cap. Ecce ead. caus. & quest. ubi
 de eo, qui super lapidem fallum iura, Augustinus
 sic ait. (Si tu illud sanctum non putas, sanctum
 puta cui iuras: non enim quando iuras tibi ju-
 ras, sed proximo iuras: Homini iuras ante lapi-
 dem, sed numquid ante Deum? non te audire lapis
 loquentem, sed punit te Deus fallantem.) Ad idè
 textus in cap. Quoties, 22. q. 5. ubi Hieronym. di-
 69 cit (Quoties loquimur non ut convenit audien-
 tibus, toties sermo malus procedit de ore nostro
 ad destructionem eorum, qui audiunt.) Quibus
 auctoritatibus constare videtur iuramentum esse
 interpretandum iuxta intentionem recipientis,

70 Et contra verò in d. c. Humana aures, 22. q. 5.
 Gregor. ait (Humana aures verba nostra talia
 iudicant, qualia foris sonant: Divina verò iudicia
 talia ea audiunt, qualia ex intimis proferuntur.)
 71 Certè non veritè ille, qui intentionem, & voluntatem
 alterius varijs explicat verbis: quia non debet ali-
 quis verba considerare, sed voluntatem, & inten-
 tionem: quia non debet intentio verbis deservi-
 re, sed verba intentioni. Hæc Gregorius. Cui
 consonat quod ait Aristoteles 1. Rhetoric. cap. ult.
 videlicet (Periurium est non quod quis ore,
 licet guave protulit, sed mente iurata concepit, & ani-
 mo.) Nec non illud Euripidis in Hæmonem, trans-
 latum à Tullio lib. 3. de offic. 73. (Juravi lingua
 mentem injuratum gero.) Unde Gratiani post
 dictam cap. Humana, sic inferit. (Si ergo Divina
 iudicia verba nostra talia foris audiunt, qualia ex
 intimis proferuntur: si intentio non debet ser-
 vire verbis, sed verba intentioni: patet quid
 Deus non accipit sic iuramentum, sicut ille cui
 iuratur, sed potius sicut qui iurat, intelligit.) Cu-
 72 ius oppositum docuit Ildorus in d. cap. Quicumque,
 glof. in c. Veniens, in verb. Proficisceret, supra de
 iureiur. arguit pro, & contra, & non solvit. Sed
 Innocentius ibi num. 1. vers. Si autem iurat aliquid
 determinatè, distinguit forum internum ab exte-
 riori iudicio, dicens: Iuramentum in consilio ani-
 mæ secundum intentionem iurantis recipit inter-
 pretationem, cap. Quanto, & c. Ad nostram, in
 secundo, de iureiur. Sed in iudicio recipit interpre-
 tationem secundum ius, cap. Venientes, ead. tit.
 quam distinctionem totidem serè verbis sequuntur
 ibi Hostien. n. 4. vers. Ex dictis Innocentij, dicens
 esse notandum, & semper hic allegari, quod
 iuramentum recipit interpretationem secundum
 ius in iudicio contentioso, sed in Penitentiali
 secundum intentionem iurantis, & Abb. num.
 4. Bald. in l. final. num. 9. C. de non numerat. a pecun.
 Jo. de Sella in tract. de iureiur. 2. par. quest. 2. & Bart.
 Cepol. Veronen. in Rubr. Digestorij de verb. signif. in
 7. q. 6. q. principalis, ubi ait: Hæc sit conclusio,
 quod in foro animæ iuramentum interpreta-
 tur secundum intentionem iurantis: in foro
 autem contentioso secundum intentionem de-
 ferentis.

74 Sed certè primum membrum huius distinctio-
 nis, quod iuramentum in foro animæ secundum
 intentionem iurantis sit interpretandum, pugnat ex
 diametro cum verbis d. cap. Quicumque 22. q. 5.
 §. nam ibi Ildorus dicit, Deum, qui conscientie tes-
 tis est, accipere iuramentum iuxta mentem eius,
 cui iuratur: & sic aperte loquitur in foro conscientie,
 prout etiam loquitur August. in d. cap. Ecce,
 22. q. 5.

75 Antonius de Butrio in d. cap. Veniens, n. 17. de
 in.

iretur. aliter distinguit, videlicet aut mens suscipiens est certa: & juramentum debet intelligi secundum intentum suscipiens; aut non est certa: & tunc intelligi debet secundum mentem verisimilem jurantis, & non secundum mentem non verisimilem suscipiens; sed secundum id, quod communiter intelligitur: & ferè in idem recidit distinctio Cardin. ibid. n. 4. dicentis, (Non ita esse attendendam intentionem jurantis, ut sit in libertate sua exponere verba ut vult, sed debet attendi intentio, quam verisimiliter præsumus eum habuisse) arg. cap. Quintavallus, de iureiur. cum similibus. Verum hæc distinctio pertinet potius ad forum exterium, nec conciliat iura præallegata.

76 Quomobrem pro conciliatione rectius distinguit glos. communis, in §. Queritur, post cap. Hoc videtur, in ver. Queritur 22. q. 5. videlicet, Aut ab utroque interponitur dolo: & tunc juramentum est intelligendum secundum communem significationem verborum, ut cap. Ex littera, de sponsalibus; Aut a neutro intervenit dolo, & interpretandum est secundum intellectum utriusque, si verba possint utrique intellectioni adaptari, e. cum tu de testib. Aut ab altero tantum, & tunc intelligendum est secundum eum, qui rectè intelligit, ut in cap. Quicumque, 12. q. 5. ubi idem tenent Archid. n. 1. & Bellam. eod. num. & eodem ferè modo distinguit egregie S. Thom. in 2. 2. q. 89. art. 7. ad 4. nam ut ipse ait [Quando non est eadem jurantis intentio, & ejus, cui jurat, si hoc procedit ex dolo jurantis, debet juramentum servari secundum sanum intellectum eius, cui juramentum præstatur,] Et de hoc dolo iuramento loquitur Iudorus, ut constat ex illis verbis. (Quacumque arte verborum, id est fraude, caliditate, & versutia) secundum Hug. Archid. Bellam. & Turrec. in princip. Vni ex verbis subsequentiibus (Nomen Dei in vanum assumitur, & proximum dolo caput: si autem iurans dolum non adhibeat, obligatur secundum intentionem iurantis.) Et in hoc casu intelligitur auctoritas Gregorii in d. cap. Humana aures. Ita D. Thom. qui idem docuit in 3. sentent. dist. 39. qu. 1. art. 3. qu. 3. in corp. dicens, (Dolo iurantem ex iuramento necessitate obligari ad illud servandum taliter, ut ex dolo alius non lædatur: si autem simpliciter iuret absque dolo; tunc in foro conscientie non obligari, nisi secundum suam intentionem: sed in foro contentioso, ubi intentio ignoratur, obligari secundum quod verba communiter accipi solent.) Idemque ante eum docuit Alex. de Ales in 3. dicens: (Deus simplicitatis amator, & dupliciter aspernator ita accipit, sicut ille, qui sine fraude intelligit: unde dictum Isidori intelligitur de dolo iurante, si verò uterque fraudolentus fuerit, debent accipi verba ista secundum arbitrium boni viri, & secundum quod sonant verba illa apud rectè intelligentes.] Hæc ille quem refert, & sequitur Turrecem. in dicto §. Queritur, post cap. Hoc videtur 22. q. 5. n. 4. & seqq. ubi etiam Raymundum, & Guilielmum eius glossificatorem in hanc sententiam citat, & consentiunt ad Consentium. c. 22. & in Enchirid. c. 18. relatus à Gratiano in c. Beatus, §. ille ergo, 22. quest. 2. glos. in l. De atate, §. si cum esset, in ver. Mendacijs, §. ff. de interrogat. action. Magister & Theologus in 3. sentent. dist. 3. & in specie S. Thomas qu. 1. art. 1. Sylvest. in ver. Mendacium, num. 1. sed qui scienter dicit se aliquid fecisse, quod non fecit, quicquid in mente

77 rare, §. Ex his omnibus, 22. qu. 5. Nam concinens auctoritatem Gregorii sic ait: (Sicut aliud est callida verborum arte jurare, aliud simpliciter intentionem suam jurando nunciare: sic aliud est simplici intentione juramentum factum recipere, aliud in recipiendo caliditate uti) & infra (Deus autem duplicitatis aspernator simplici intentionem utriusque considerat, & tam ex parte recipientis, quam ex parte præstantis verborum arte aspernatur, & odit.) Quid plura? Hanc veritatem lumine naturali etiam Ethnici agnoverunt: nam Cicero in oratione pro Sexto Roscio 52. littera B. (Non enim, inquit, ex pacatione verborum, quibus iurandum comprehenditur, sed ex perfidia, & malitia, per quam infidie tenduntur alicui; Dij immortales hominibus irasci, & succensere solent.]

79 His ita constitutis, quod sit mortale peccatum ex quacumque causa jurare fallum subaudiendo aliquid in mente, quod reddat sensum verum, ostenditur apertissime ex sequentibus.

80 Et primò, Juramentum artificiosè compositum ad fallendum proximum in foro animæ juxta sanam intelligentiam suscipiens est accipiendum; quia Deus accipit hoc juramentum secundum quod is, cui juratur, intelligit d. e. Quicumque, 22. qu. 5. id est intelligere debet secundum rectam intelligentiam verborum, ut ibi explicat glos. t. ex Turrec. in ver. Intelligit, & constat ex dictis supra n. 76 & 77. sed quid jurat id, quod secundum vocis significationem est fallum, & subaudit aliud in mente, quod reddat sensum verum, artificiosè conjungit internam subauditionem cum verbis externis, ad hoc, ut audiens fallatur, & eredit verum esse quod verba sonant. Si enim hoc non intendderet, utique verba falsa non pronunciaret, l. l. deo, §. Item Tubero, ff. de supplicat. legat. cum tuba cordis sit lingua loquentis, ut Bald. inquit cons. 160. Facta sunt investitura, circa finem, ver. Et si dicitur, lib. 1. Ergo juramentum ejusmodi artificiosè compositum ad fallendum proximum in foro animæ, juxta sanam suscipiens intelligentiam est accipiendum; sed juxta sanam suscipiens intelligentiam, quæ ex recta verborum significatione desumitur, id quod juratur est fallum, ut supponitur, in qua est, ergo tale juramentum est perituum, quod ex sui ratione semper est mortale, ut supra in 2. conclusum 60.

82 Secundo, mendacium juramento firmatum est quacumque materia, & ex quacumque causa semper est peccatum mortale, c. ult. q. 1. cap. Si quis, ead. q. 5. & patet ex dictis supra in 2. conclusum 60 & seqq. Sed enunciare id, quod secundum vocis significationem cognoscitur esse fallum subaudiendo aliud in mente, quod reddat sensum verum, est mendacium: ergo si firmetur juramento, semper mortale peccatum.

84 Minor probatur, qui mendacium nihil est aliud quam falsa significatio vocis cum voluntate fallendi, ut distinctè Augustinus in lib. Contra mendacium ad Consentium. c. 22. & in Enchirid. c. 18. relatus à Gratiano in c. Beatus, §. ille ergo, 22. quest. 2. glos. in l. De atate, §. si cum esset, in ver. Mendacijs, §. ff. de interrogat. action. Magister & Theologus in 3. sentent. dist. 3. & in specie S. Thomas qu. 1. art. 1. Sylvest. in ver. Mendacium, num. 1. sed qui scienter dicit se aliquid fecisse, quod non fecit, quicquid in mente

lib. 1. 100

subaudit, utitur falsa significatione vocis; quia subauditio illa in mente retenta nihil operatur quoad externam significationem vocis, l. streperendi. C. de condit. ob. causi, §. l. In ambiguo, ff. de rebus dubijs. Item habet intentionem fallendi, quia intendit, ut audiens eredit verum esse, quod secundum vocis significationem est fallum, & sic fallatur: nam falli, & errare nihil est aliud, quam unum pro alio putare, cap. In quibus, 22. qu. 2. l. si posthumus, §. ult. ff. de liber. & posthum. glos. prima circa fin. in summa 29. qu. 1. Holtien. in cap. Ad nostram, qu. 2. supra. de coniug. servor. seu fallum pro vero putare, cap. Quamvis, 38. dist. d. glos. in summa. 29. qu. 1. in ver. Erravit. Igitur enunciare quod cognoscitur esse fallum secundum significationem vocis, quicquid internè subauditur, mendacium est. Et confirmatur ex verbis Cajetani in 2. 2. qu. 89. art. 7. in responsione ad 4. ver. Ad hoc dicitur, ubi sic ait: (In quacumque materia si verba sunt falsa, tale juramentum est peccatum mortale: & ratio est, quia ibi est mendacium juramento firmatum, quia ibi est falsa vocis significatio cum intentione fallendi juramento firmata. Nec excusatur propter implicitam subauditionem in mente retentam, quoniam huiusmodi subauditio non excusat, quin sit falsa vocis significatio cum intentione fallendi illam, ut intelligi sibi promitti quod ille promittit, non intendit.) Hæc ille.

88 Præterea esto in aliquo casu audiens non fallatur, ut contigit in mendacio jocoso, quia audiens fidem in adhibet, & sic non fallitur; nihilominus, ut inquit S. Thomas in 3. sentent. dist. 38. qu. 1. art. 1. ad ultimam. Qui quis sciens fallam loquitur; fallit, quamvis non semper aliquis per eius verbum fallatur, veluti si mendacium sit jocosum, quia fallaciam intendit secundum quod est in fallente, secundum illam Chrylostomi super Matth. cap. 21. Mendacia si non habent quem decipiant, ipsa sibi mentiuntur, sicut ait psalm. Mentira est iniquitas sibi. Unde ratio mendacii fimitur à fallitate formalis, secundum hoc licet, quod aliquis habet voluntatem fallum enunciandi: quod autem quis intendat fallitatem in opinione alterius constituitur fallendo ipsum non pertinet ad speciem mendacii, sed ad quamdam illius perfectionem, ut idem S. Thomas docuit in 2. 2. q. 100. art. 1. in corp. & post eum S. Anton. 2. part. tit. 10. cap. 1. de mendacio, §. 1. ver. Secundum est, & ver. Tertium, & Sylvest. in ver. Mendacium, n. 1. & consentit D. Bonaventura in 3. sentent. dist. 38. qu. 5. nu. 50. ubi sic ait: (Cum dicitur mendacium est falsa vocis significatio cum intentione fallendi; non idem est fallere, quod dicere, sed idem est fallere, quod fallum dicere: unde sensus est cum intentione fallendi, hoc est fallum dicendi; & hoc utique convenit mendacio jocoso, licet minus completè, quam pernicioso.) Hæc ille. Ergo qui sciens fallum loquitur etiam per jocum, quicquid in mente subauditur, mendacium incurrit, si ve audientem fallat, si ve non.

89 Tercio, mendax est qui lingua profert contrarium eius, quod mente gerit, cap. Is autem mentitur, 22. qu. 2. In diffinitione enim, & dissonantia verborum ab intentione consistit ratio formalis mendacii, cap. Queritur, §. Item opponitur, ver. Episcopus, ver. ead. causi, §. quest. & dictum est supra nu. 58. in fin. (Nam, ut inquit Magister

100

in 3. sententiarum dist. 38. in 4. dub. littera C. hoc malum est proprium mentientis, unum habere clausum in pectore, aliud promptum in lingua.) Unde glossa exponens illud psalmi, Labia dolosa in corde locuti sunt, sic ait: ubi est duplex coarsita quod aliud dicitur, & aliud intenditur, ibi est mendacium; sequitur S. Anton. in 2. part. tit. 10. cap. 1. de mendacio §. 1. Rationem reddidit D. Thom. in 2. 2. q. 110. art. 3. in corp. quia cum voces naturaliter sint signa intellectuum, innaturale est, & indebitum, quod aliquis voce significet id, quod non habet in mente. Hinc Homer. in l. Iliade, (Exolus mihi veluti inferni portæ qui aliud quidem occultum habet in mentibus, aliud ore profert.) Qui autem implicita subauditione utitur ad invertendum sensum verborum, utique lingua profert contrarium eius, quod gerit in mente: nam lingua profert sensum fallum juxta significationem vocis; & mente concipit sensum verum juxta implicitam subauditionem: nam verbi gratia, si homicida dicit, Non occidi, & mente subaudit scilicet in die Paschæ, proposito illa, non occidi, secundum externam vocis significationem est falsa, quia in veritate occidit; sed secundum mentis subauditionem est vera, quia in veritate non occidit: tali die. Rursus proposito illa, non occidi, juxta sonum verborum est simplex, & absoluta: & juxta implicitam subauditionem redditur complexa, & qualificata: idque non contingit ex significatione vocis, quam verba, non occidi, non admittunt hanc interpretationem, scilicet in die Paschæ, ut patet: sed contingit ex conspectu mentis: & ita qui sic loquitur, habet in lingua contrarium eius quod mente gerit: Igitur est mendax: & si huic mendacio etiam non pernicioso, sed officioso, vel jocoso juramentum addat, semper est perjurus & mortaliter peccat, ut constat ex dictis in c. 1. & 2. conclus.

96 Quarto, si verba juramenti ex propria significatione non admittunt sensum, quem jurans mente concipit, per hoc à perjurio non excusatur, ut si quis jurat se non comedisse volens significare se non dormisse: vel si dicat fundum intelligens de equo, ut exemplificat glos. 1. in l. In ambiguo, ff. de reb. dub. quia non est in facultate cujuscumque significationem verbis imponere; idque liberè fateatur Valquez in 1. 2. qu. 103. art. 4. dist. 82. cap. 44. n. 29. & Authores citatiz l. nentia, ut Sanchez in Decalogo lib. 3. cap. 6. n. 15. in fin. idemque dicit Sotus de Secreto membro 3. qu. 3. ad fin. de eo, qui iurat aliquid de Petro, intelligendo intra se alium Petrum ab eo, de quo interrogatur. Ergo ob eandem rationem non excusabitur à perjurio qui in quoque casu ex subauditione in mente addita invertit sensum assertionis juræ, quia vox externa, quæ significat fallum, in nullo casu admittit sub auditionem internam, quæ significat verum; alioquin contineret contrarietatem, quia simul significaret verum, & fallum; quæ invicem sunt contraria, & esse non possunt in eodem subiecto, glos. in cap. Cæni humilitatis, in ver. Falsitas, 22. qu. 2. & probat S. Thomas in 1. part. quest. 17. art. 4. quod exemplis clarius apparet. Ecce Tu ad interrogationem meam respondes, dabo tibi centum, & subaudis intra te, si Cælum digito tetigeris: utique responso verbis expressa affirmatè datur centum; ex conditione autem in mente addita negatè daturum, quia conditio impos-

impof.

impossibilis natura vitiat stipulationem, l. Generaliter, & l. seq. ff. de verb. obligat. l. Non solum, ff. de act. & obligat. §. Impossibilis, instit. de inutil. stipulat. similiter vir dicit mulieri, Accipio te in meam vxorem; que verba matrimonium inducunt, cap. Si inter virum, supra de spons. & cap. Licet de sponsa duorum, & subaudit intra se conditionem, si adulterium commiseris; que concio matrimonium vitiat, cum sit contra illius substantiam, cap. fin. de condit. appof. Igitur externa vox cum subauditione mentis conjuncta simul significat matrimonium esse, & non esse, que contra ditione sunt appofita, S. Thomas in 1.2. quest. 64. artic. 3. ad verum; & idem est si propositiones non sint oppositae, nam si tu dicis dabo tibi centum, & subaudis intra te, si mihi placuerit, propositio verbi expressa est pura: tu vero ex conceptu mentis facis eam conditionem. Item si irrogatus a iudice dicas, non decidi, mente subintelligas, ut tibi dicam; responsio verbalis est nuda, & simplex: at subauditio eam efficit modalem, & complexam: quae omnia repugnant naturae verborum, cum stare non possint una, & eadem propositio simul sit conditionalis, & pura, vel complexa, & simplex, ut per se patet: & idem dicendum de similibus; nam in quocumque casu questionis propositae subauditio in mente retenta corrumpit, ac destruit externam significationem vocis, cum aliud vox, aliud subauditio significet: ad hoc textus optimus in l. In ambiguo, & ibi gloss. de reb. dub. & latius patebit infra n. 111.

102 Quinto, qui apparenter jurat, sed intentionem habet aut non jurandi, aut se juramento non obligandi, aut promissionem juratam non adimplendi, perjurus est; quia exterius juramentum applicatur mendacio, quod est materia omnino contraria juramento tam interiori, quam exteriori: unde Gratian. in §. Item qui falsum, circa fin. post cap. Animadvertendum, 22. qu. 2. Ille, inquit, in dolo jurat, aut mendaciter promittit, in cuius mente est non sic se facturum, ut promittit: & in cap. Qui peccare, 22. quest. 2. Cromatius ait: qui peccare paratus est, antequam juret, jam perjurus esse videtur; quia Deus non ex operibus iudicat, sed ex cogitationibus, & ex corde: & singula membra per rationes invincibiles late prosequitur, & probat doctissimus Cajetanus in 2.2. q. 84. artic. 7. in respons. ad quartum, col. 6. vers. Quocirca; sed qui verbis externis jurat aliquid esse, vel non esse, aut se daturum, vel facturum; & in mente subaudit conditionem impossibilem, vel inducentem contrarium sensum, utique apparenter jurat, sed intentionem habet aut non jurandi, aut certe se non obligandi, & promissionem non adimplendi: propterea enim externo juramento obligatorio secundum significationem vocis audit in mente conditionem impossibilem, vel aliam, quae juramenti vim, & obligationem perimit, ut per hanc cautelam non remaneat juramento obligatus; idque concedunt vel Auctores sententiae oppositae, dum asserunt sic jurante non obligari juramento: ergo sic iurans perjurus est.

106 Sexto, si ex aliqua iusta causa liceret verbis exterius jurare falsum subaudiendo in mente aliquid, quod redderet sensum verum, seculo scandalo licuisset etiam Martyribus ad vitandam

mortem infidelium scetas ore profiteri, subaudiendo in corde, si mihi liceat: sed hoc in ipsum esset asserere, c. Non solum, 1. quest. 3. quia esset applicare actum exterioris cultus cui non debetur. Ergo similiter qui aeternum exterioris juramenti, qui est actus latitiae (S. Thom. in 2.2. q. 89. art. 4.) applicat materiae contrariae, scilicet mendacio, dum dicit, Deus est mihi testis quod si faciam, & subaudit in mente aliud, per quod non intendit facere, mortaliter peccat: est enim hoc exhibere Deo irreverentiam coram hominibus, qui audiunt juramentum falsum secundum vocis significationem, & non percipiunt subauditionem in mente jurantis retentam: quo argumento utitur Cajetan. in 2.2. q. 89. art. 7. in respons. ad quartum, vers. ad hoc dicitur, col. penult. circa fin.

Septimo, qui firmat juramento id, quod nihil est, perjurium committit; quia quod nihil est, non potest esse verum, cum verum, & nihil, seu non ens contradietorie sunt opposita, S. Thomas in 1. par. qu. 17. art. 4. & in 1.2. qu. 64. art. 3. ad tertium, & in 1. sentent. dist. 19. qu. 5. art. 1. ad ult. Et juramentum, cui veritas non est comes, perjurium est, cap. Animadvertendum, 22. qu. 2. qui autem lingua urat scienter falsum, & mente concepit verum, utique firmat juramento id, quod nihil est: nam ut formaliter inquit gloss. 1. part. in cap. Is autem mentitur, 22. qu. 2. Qui mentitur nihil dicit, quia non dicit id, quod vox significat, aliud enim cogitat mente, quam ore proferat. Item non dicit id, quod cogitat, quia vox illud non significat, nec dicit illud, quod voce significat, quia illud non intendit: ergo nihil dicit, ut l. In ambiguo, ff. de reb. dub. ubi dicitur, qui aliud dicit, quam vult, neque id dicit quod significat, quia non vult; neque id quod vult, quia id non loquitur. Igitur qui sic loquitur, cum firmet juramentum id, quod nihil est, perjurium committit.

Et confirmatur, quia veritas est, ut quod est dicitur, cap. Cum humilitatis, 22. qu. 2. Tu vero dicitis quod non est, ut supponitur in questione nam quod implicite subaudis, non dicitis; sed mente cogitas, d. l. In ambiguo, & l. Si reprobati, ff. de condit. ob. caus. ergo ipse te deducis, & veritas in te non est, d. cap. Cum humilitatis, S. Thom. in 2.2. quest. 113. art. 1. in corp. & in respons. ad primum: & cum sine veritate iures, non iuras, sed peccas, ut in dicto cap. Animadvertendum, ibi (S. Iulian. de feccat. nequaquam crit iuramentum, sed perjurium) 22. qu. 2.

Octavo, non solum in falsis verbis, sed etiam in simulatis operibus mendacium est, dicit textus in cap. Cave, 22. q. 5. ubi glossa vi desumit argumentum quod factis mentitur sicut verbis, & factis negamus Christum sicut verbis, cap. Exiit manus, 11. q. 3. Nam ut inquit S. Thom. quodlib. 6. art. 17. in corp. [Cum eadem intentio fallendi sit in eo, qui mentitur verbo, & in eo, qui mentitur facto, uterque aequaliter peccat; verbum enim, & factum assumuntur, ut instrumentum fallendi; Unde non refert quantum ad peccatum mendacii, utrum quis verbo, vel facto quocumque, vel scripto, vel motu mentiar; sicut nec refert quantum ad peccatum homicidii, utrum aliquis claudio, vel securi interficiat hominem.] Hec D. Th. quem sequitur Archid. in cap. Is autem, num. 1. 22. q. 2. & idem docuit in 2.2. q. 111. art. 1. Sed qui facto ipso mentitur, non ideo immunis est a mendacio.

dacio, quod in mente aliquod verum subaudit, quia non est in facultate mentientis rerum merita immutare, ut Boet inquit lib. 1. de consolat. prof. 4. aut res verbis accommodare S. Thom. in 1. par. q. 1. art. 10. & quodlib. 7. art. 14.

117 Alioquin seculo scandalo licuisset etiam Beato Marcelino Jovis simulacro thura adolere, concipiendo in mente se non thurificare idolis, sed vero Deo: & tamen fateantur omnes eum peccasse contra fidei confessionem, ut cap. Non solum, 21. dist. quia scriptum est, Quicumque me erubuerit coram hominibus, hunc & filius hominis erubescet coram Angelis Dei, ut in proposito ejusdem Pontificis notat Cajetan. in 2.2. quest. 89. art. 7. in respons. ad 4. vers. ad hoc dicitur, col. penult. circa finem. Cujus rei evidentissimum testimonium praebuerunt horribilis penitentia postea peracta, Pontificatus sponte dimissus, & martyrium ob fidem susceptum, ut apud Cardinalem Bellarmin. lib. 4. de Roman. Pontif. c. 9. Ergo pariter nec qui falsis verbis utitur est ad mendacium immunis ex eo, quod in mente subaudit verum; quia sicut non est in potestate alicujus facti veritatem immutare, ita nec verbis aliam significationem imponere: nam ut inquit S. Thomas in 3. sent. dist. 38. qu. 1. art. 1. in corp. Non est in potestate hominis verum significare, nec verum (scilicet) & probatur in d. l. In ambiguo, & ibi gloss. ff. de reb. pub. & in l. Si repetendi, C. de condit. ob. caus. & ex dictis supra num. 89. & 111. Et veritas in juramento est ad aequationem vocis ad rem, secundum Turcrem in cap. Animadvertendum, in respons. ad primum, vers. Nec veritas, 2.2. quest. 2. & D. Bonavent. in 3. sent. dist. 38. quest. 1. num. 9.

120 Nonde, cum haec ita se habeant in extrajudicialibus, longe magis procedunt in iudicio: nam qui in juramento utitur hujusmodi subauditionibus sensum invertebat, obnoxius est Deo, J. dicit, & parti: quae tria damnantur in hac Decretali. Obnoxius est Deo, qui artificiosum juramentum accipit non secundum mentem jurantis, sed juxta sanam intelligentiam suspicientis, id est secundum id, quod suspiciens intelligere debet juxta rectam intelligentiam verborum, ut probatum est supra 7. q. 80. A juxta rectam intelligentiam verborum, & significationem vocis id, quod juratur est falsum, ut supponitur in questione. Ergo sic jurans graviter est obnoxius Deo, cum Divinum ejus nomen invocet in testimonium falsitatis, & ipsius praesentiam contemnat, ut hic dicitur.

121 Obnoxius est iudici, quia cum implicita subauditione in mente retenta sit iudici abscondita, & imperceptibilis, & exteriora juramenti verbalis sint falsa, per hoc iudex fallitur, eique subtrahitur debitum iustitiae, quod est mortale peccatum, ut per D. Th. in 2.2. q. 69. art. 1. Item perjurium est nequiter decipere credentem, ut cap. 1. 2.2. q. 2. Praeterea dolo hoc juramento inducitur iudex ad ferendam iniquam sententiam, ut pote falsis probationibus innixam; quo si similiter est contra iustitiam, cap. Super eo, infra eod. & cap. Cum venerabilis, sup. de except.

123 Nec dicatur: si reus, qui homicidium commisit ad sui necessariam defensionem, juret se non occidisse, subaudiendo in mente, ita ut puniri possit sententia absolutoria non est iniqua, cum homicidium hoc casu non sit punibile, Cl. si furiosus, de homicid. Imo enim adhuc iudex male

judicat, quia non fert sententiam absolutoriam ex eo, quod accusatus commiserit homicidium ad sui defensionem, sed ex eo, quod homicidium non commiserit; & ita ex falsa causa, cum verè illud perpetraverit. Unde fertur sententia ex falsis probationibus, cum secundum acta, & probata sit iudicandum, cap. Iudicem, 3. q. 7. & §. Si quando autem, 2. q. cap. Passaralis, §. Quivero, ubi gloss. vlt. supra de offic. Delegat. Insuper reus negando homicidium in causa est, ut iudex ad veritatem indagandam inquirat contra alios non culpabiles; & iniuste puniat accusatorem in probatione deficientem, ut dicam infra num. 131. quod non faceret si accusatus veritatem confiteretur. Unde sic iurans merito obnoxius est iudici, quem mentiendo fallit, ut hic dicitur.

124 Insuper esto sic iurans non sit perjurus ex eo, quod falsum dicat: tamen proculdubio perjurus est ex eo, quod veritatem occultat iudici, cui tantum nota est externa significatio vocis, sed prorsus ignota subauditio in mente jurantis retenta. Unde ex nulla causa excusatur a culpa mortali, ut per Sylvest. in ver. Mendacium, quest. ult. vers. Cavenda tamen: nam ut legitur in cap. Quisquis, 11. q. 3. (Qui metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se provocat, quia magis timet hominem, quam Deum,) & infra: (Uterque reus, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit) quae verba sunt repetita in hac Decretali, Ad idem tex. in l. Si quis obreperis, ff. de falsi, & falsus dicitum est supra in 3. notab. Adeo ut etiam accusatus de capitali crimine, non possit absque mortali peccato veritatem celare, licet certo sciat se propterea ultimo supplicio affectum iri; quia ut egregie docet S. Thom. in 2.2. q. 69. art. 1. in corp. (Quicumque facit contra debitum iustitiae mortaliter peccat. Pertinet autem ad debitum iustitiae, quod aliquis obediatur suo Superiori in his, ad quae jus Praelationis se extendit. Iudex autem Superior est respectu eius, qui iudicatur; & ideo ex debito tenetur accusatus iudici veritatem exponere, quam ab eo secundum formam juris exigit, ideo si confiteri noluerit veritatem, quam dicere tenetur, vel si eam mendaciter negaverit, mortaliter peccat.) Hec ille. Idem firmat Bartol. in l. Relegati, ff. de pen. ubi nu. 1. Fortius dicit secundum Theologos damnatum ad mortem peccare aufugiendo de carcere: & sequitur Abb. in cap. Ex parte, il secundo, num. 2. in fin. vers. Per quod idem est contra de sepult. & Marian. Socin. hic num. 10. & 11.

127 Sed dices: haec vendicant sibi locum si reus, vel testis interrogetur secundum formam iuris; sed verò si non iudicet, puta quia iudex non sit competens, vel ejus iurisdictione sit suspensa, aut non extent in dicitia sufficientia ad interrogandū; quia tunc tacendo veritatem non peccat, ut constat ex dictis supra in 3. notab. Quinimo hoc casu peccat reus non fugiendo de carcere, secundum Marian. Socin. hic num. 12. & per cap. Si non licet 23. quest. 5.

129 At respondetur, Licet quidem hoc casu veritatem celare, sed non mentiri aliud ore proferendo, aliud mente subaudiendo, cap. Ne quis arbitretur, 2. q. 2. & in superioribus abundè probatū est: quod si iudex iniuste urgeat ad confessionem extorquendam, poterit reus uti cautelis, quarum meminit S. Thom. in 2.2. q. 69. d. art. 1. in corp. 5

dicens: Si vero iudex hoc exquirat, quod non potest secundum ordinem juris, non tenetur ei accusatus respondere, sed potest vel per appellationem, vel aliter licere subterfugere; mendacium tamen dicere non licet. Adde verum non esse, quod ait Mar. Soc. de reo non fugiente de carcere. Imo enim, ut rectius docuit Cajet. in 2.2. q. 89. art. 7. in responsione ad 4. vers. Ex his autem in tot dubijs, Quantumcumque carceratio sit iniuriola, vel iniusta: tamen materia est iusta, & sancta: nam velle pati iustum, & velle pati iniustum, sanctum est: ad hoc 2.2. q. 1. in Summa, cap. Quod Christus, §. Potest. q. 4. & cap. Suggestum, 7. qu. 1. Nec ad rem facit, d. cap. Non licet, quia loquitur de eo, qui occidit seipsum: quod nullo casu est licitum, cum sit malum intrinsecum, ut ibi patet.

131 Demum iurans in iudicio, obnoxius est parti, quam dolose iuramento laedit, ut hic in textu contra illud Psalmi. Domini est terra, &c. nec irabit in dolo proximo suo, ut notatur in Summa 2.2. q. 2. Nec non contra illud Eccles. 23. Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet a domo illius plaga: & si frustraverit fratrem, delictum illius super ipsum erit: & si dissimulaverit, delinquit dupliciter: & si in ymum iuraverit, non iustificabitur. Item, ut inquit S. Thom. in 2.2. q. 69. art. 1. ad 3. (Qui mentitur in iudicio, ut se a morte liberet, non solum facit contra dilectionem Dei, cuius est iudicium, & contra dilectionem proximi ex parte iudicis, cui debetur negatio; sed etiam ex parte accusatoris, qui punitur, si in probatione deficiat] scilicet poena rationis, cap. Calumniator, 2. q. 3. l. final. & ibi gloss. in ver. Similitudo supplicij. C. de accusator. S. Thom. in 2.2. q. 68. art. 4. Et efficitur infamis, cap. Quis autem poena, 2. q. 3. & communiōe privatur, cap. Si quis Episcopum, & cap. Enthennium, ead. caus. & quest.

133 Decimò, & ultimò, iuramentum institutum est, non per quod se invicem homines fallant, sed per quod quisque in alterius notitiam cogitationes suas proferat. Verbis ergo uti ad fallacia, non ad quod instituta sunt, peccatum est; quæ sunt formalia

135 verba textus in cap. Is autem mentitur, 2.2. q. 2. Modus autem iurandi per has implicitas subauditio- nes mentis alium sensum inducentes, quam vox significet, hunc iuramenti sine enervat prorsus, & destruit. Nam idcirco suscipiens iuramentum redditur certus de fidei iurantis intentione, quia eum non credit usque adeo immemorem salutis æternæ ut velit iurare, Deum invocando in testi- monium falsitatis. At quo pacto poterit amplius certior fieri de huiusmodi intentione, si iurans sine ullo scrupulo peccati potest lingua proferre contrarium eius, quod animo sentit: & quæ fides erit sacramenti, si illius veritas pender ex subaudito intellectu mentis audientis occulto, & impenetrabili? Profectò si fas esset has simulatio- nes, & cordis duplicitates iureiurando adstruere, hinc posset quisque sua arbitratu proximo illude- re: & penè corruperet certitudo iudiciorum, contra- ctum, ne humanarum actionum, quæ potissimum iureiurando vallantur, & firmitatem accipiunt, & omnia dolis, ac fallacijs paterent, resque sacrosanctæ, & in actibus humanis tam necessaria iudicio haberetur. Cum nihil sit tam fallum, quod his duplicitatibus, & implicitis subaudi- tionibus velari non possit: & tamen principalis iuramenti comes est veritas, cap. Animadverten-

dum, 2.2. q. 2. nec veritas in mente iurantis retenta, sed in audientis notitiam delata, ut in d. c. Is autem mentitur (Nam, ut inquit S. Bonaventura, in 3. sent. dist. 38. q. 2. nu. 2.4. Voces infinitæ sunt; ut adstruat veritas apud audientem, quæ est apud loquentem: & ideo qui ad aliud utitur, ipsi sermone abutitur, & incurrit peccatū mendaciæ.) Hæc ille. Item omnis, qui iurat, ut quod verum est, eloquatur, dicit textus in c. Iuramenti, 2.2. q. 3. quamobrem ut verbis Augustini utar in cap. Homines, 2.2. qu. 2. (Videtes quam ista detestanda sit bellua, & de rebus humanis exterminanda.)

137 Nec relevat replicatio, quod etsi modus iurandi ad verum fini sacramenti, tamen si id contingat in materia levi, non sit nisi culpa venialis; quoniam non de simplici mendacio, sed de per- iurio hic agitur, ut constat ex dictis. Perjurium autem in quacumque materia etiam levissima ex sui ratione semper est mortale peccatum, ut sa- pius repetitum est.

138 Amplia primò: conclusionem superius firma- tam, ut locum habeat etiam in eo, qui alta voce iuramento affirmat aliquid falsum, & continuando submissa voce ab aliis imperceptibili superaddit aliqua verba, quæ reddunt sensum verum: nam & is dicens est peccare, quicquid contra scrip- turæ Sanchez super Decalogum, lib. 3. cap. 6. nu. 15. vers.

139 Quintò quia: quid enim interest, an quis in materia falsa implicite subaudiat aliquid in mente, vel voce adeo submissa id exprimat, ut audiens non percipiat; utroque enim casu eadem est fal- leni intentio, cum alta vox assumatur tamquam instrumentum fallendi. Unde sicut mentiri non licet mente subaudiendo, ut abundè ostensum est supra, ita nec imperceptibili voce loquendo, cum paria sint nihil respondere, vel ita obscure re- spondere, ut incertum dimittat interrogatorem, dicit textus in l. De ætate, §. Nihil, & ibi Bart. in prin- cip. ff. de interrogat. actian.

140 Amplia secundò, ut ob eandem rationem non excusetur à periurio qui in materia falsa diceret Italico idiomate, *Guro perdo*, cum cum apostro- pho, post litteram *d* intendens significare, *per do in* vel qui iuraret per *ver-vo*, supprimendo infra de- tes litteram *s* de eorum audiens id non perciperet, sed intelligeret iuramentum dixisse, *iuro*, licet contra- rium, etiam benè docuerit idem Sanchez. d. c. 6. n. 37. vers. Similiter.

142 Amplia tertio, ut ratione consimili idem sit di- cendum in eo, qui in materia itidem falsa pronun- ciet iuramenti verba interrogativè, ut contrarium sensum inducat ad aliquem decipiendum, veluti si dicat: Ego non novi hominem acuendo pau- lis per vocem in ultima syllaba, sed ita artificiosè, ut non percipiatur ab audiente. Sicut nonnulli he- retici invertunt illud B. Augustini. Qui fecit te sine te, non salvabit te sine te: quæ sit sensus, ut- tique salvabit. Vel si intendat loqui per ironiam,

143 intelligendo abum pro nigro, & verum pro falso.

144 Et generaliter quocumque alio modo ad aliquem circumveniendum in iuramento utatur fallacia, artificioso, simulatione, duplicitate, vel fictione ali- qua, prout in singulis de hæc predicamentis exem- plificat Margarita Decreti, seu tabula Martiniana in ver. Fingere; & patet ex D. Thom. in 2.2. qu. 111. art. 1. nam ut legitur in cap. Nec artificioso, 2.2. qu. 2. nec artificioso mendacio, nec simplici verbo oportet decipere quemquam; & quomodo libet men- tur,

ritur quis, occidit animam: aliàs legitur, quolibet artis modo mentitur os, quod mentitur, occidit animam.

141 Amplia quartò, eandem conclusionem; ut ven- dicet sibi locum etiam in eo, qui in iuramento utitur verbis amphibologicis, seu æquivocis, sub hac tamen distinctione: nam aut verba, quæ usur- pantur ex propria significatione vocis, & consuni audientium usui non admittunt interpretatione, quam iurans intendit, ut in exèplo Principis picti, de quo supra num. 25. & hoc casu in iuramento uti amphibologicis, & verbis duplicibus, etiam ex iusta causa, vel jocose, est mortale peccatum. Et ratio est in promptu, quia cum iuramentum sit accipiendum, iuxta propriam, & consuetam in- telligentiam verborum, ut c. Ex littera, il. prima, & ibi omnes, supra de sponsal. & exteriora verba ex communi intelligentia non recipiant sensum ve- rum, quem iurans intendit, ut supponitur in hoc primo men- b'o distinctionis: est manifesta ibi falsa vocis significatio iuranti cognita, & sic mendacium iuramentum firmatum, quod ex nul- la causa excusatur à mortali, cum in substantia mendacium idem sit, quod assertio falsi cogniti, ut per D. Bonavent. in 3. dist. 38. q. 1. nu. 13. & latius ostensum est supra num. 88. & 89. neque enim in- terna subaudiendo veri operatur, quia externa si- gnificatio vocis sit falsa, ut similiter probatum est supra n. 87. & 97. usque ad n. 102. & n. 111. Unde quemadmodum qui sciens aliquid facit, quamvis mente concepiat se illud non facere, tamen facit: ita qui sciens falsum dicit cum iuramento, quam- vis mente concepiat se verum dicere tamen fal- sum dicit, & mortaliter peccat cum utrobique eadem sit ratio, secundum ea, quæ dicta sunt su- pra num. 114. & seqq. & quamvis Leonardus Lessius supra citatus nu. 25. de hoc hæsitaverit; dicens in esse grave peccatum, sed fortè non mortiferum: tamen non percipio quomodo pec- catum possit esse grave, & non mortale, cum in oppositum sit textus in c. 1. 8. dist. Unde Jo. Andr. in c. Sacti, qui. 20. ante med. supra de his que vi met. caus. sic arguit: Crimen est grave peccatum, Ergo mortale. Cujus dictum sequuntur ibi communi- ter Doctores veniales, enim non gravia peccata, sed minuta, parva, minima, & levia dicuntur, cap. Tunc orarium, §. aliàs autem, & c. seq. 25. dist. c. De quoviam, §. de poeni. dist. 3.

147 Aut verba huiusmodi ex proprietate vocabull, & communi usu utrumque interpretationem reci- piunt: & tunc non est mortale peccatum his ver- bis amphibologicis, & æquivocis sine alicujus præiudicio utri in eum sensum, quem iurans inten- dit, licet is, cui iuratur, illa in alium sensum acci- piat, eo quod his verbis nullam inicit menda- cium, ac proinde nec perjurium, & hanc disti- nctionem probant Alex. de Alex. in tertio relatus à Turrec. in §. Queritur, postc. Hoc videtur, num. 5. 22. q. 5. ubi querit qui. i. verba ita dupli- cia sint, ut æqualiter diversos sensus expriment, & respondet, tunc non obligari iuramentum nisi se- cundum intentionem suam, nec posse cogi ab ob- servationem in alio sensu, sed ad implendum in quo intendit iurare. Sequitur ibi Turrec. ubi etiam Host. Raymundum, & Guilelmum ejus gloss. in hanc sententiam citat. Idem firmat Car- dinalis Cajet. in 2.2. q. 89. art. 7. col. penult. vers. Ad hoc dicitur, ibi, (si vero non interveniant

verba falsa dicens hoc casu non esse mortale, etiã si iurans intendat, ut accidens fallatur.) Sox. de iust. & iur. lib. 5. q. 6. art. 2. conclus. 7. & lib. 8. conclus. 1. art. 7. col. ult. & de secreto membr. 1. q. 3. conclus. 3. in fin. Corduba in Summa q. 65. & de secreto membr. 3. q. 3. Azor. tom. 1. instit. moral. lib. 11. cap. 4. q. 5. in fin. Lopez. 1. par. instr. uxorij. cap. 42. col. 7. vers. Item qui non est, & vers. seq. licet S. Bonavent. num. 3. dist. 39. q. 1. num. 50. dicat quando verba multiplicia in- differenter se habent ad utrumque sensum, cum neutrum probari possit, standum esse iudicio bo- norum virorum, qui pensatis coniecturis, & ratio- nibus condescendere debent fatori, & puriori intentioni.

148 Ethac ratione salvant nonnulli cautelam S. Francisci, qui interrogatus à ministris Curie, An quidam illac transisset, manus invellis mani- cas intromittens respondit: non transiit hac, in- telligens de loco, in quo manus habebat. Ita Jo. de Anan. & Angelus, quos refert, & sequitur Na- var, in cap. Humana aures, 22. q. 5. in 2. q. num. 10. & 11. Suarez, tom. 1. de Religion. tract. de iuram. lib. 3. c. 9. num. 7. & 8. & idem Navar. in manual. c. 12. n. 8. Sa- lon. in 2.2. q. 9. art. 1. controvers. 11. & Sanchez su- pra Decalog. lib. 3. cap. 6. num. 4. 2. subdens idem esse si dixisset: non transiit hac, intelligendo locum individuum, quem, pede, vel manu tangit, & allegat Sylvestrum hoc dicentem in ver. Mendacium quest. ult. vers. Tertio, licet amphibologia B. Fran- cisci reprobet Sotus de secreto membr. 3. q. 3. post. 5. conclus. vers. Seg. a. s. forte.

149 Ceterum hoc secundum membrum distinctio- nis limitari debet, ut non procedat in iudicio, quia hoc casu cum non modo sit periurus, qui fal- sum dicit, sed etiam qui veritatem occultat, ut pa- tet in hoc cap. Et fufius dictum est supra in 3. nor. Quisquis utitur verbis amphibologicis, & æquivocis, & diversos sensus habentibus quamvis non dicat falsum positivè, tamen veritatem oc- cultat, & sic periurium committit: nam ut legitur in cap. Nolite timere 11. quest. 3. non solum ille est proditor veritatis, qui transgreffiens veritatem palam pro veritate mendacium loquitur, sed etiam ille, qui non liberè veritatem pronunciat, quam liberè pronuciare potest. Unde tenetur poena falsi qui obscure, vel tute, aut per malitiam testificatur Marian. Socia. hic num. 68. Farinae. in praxi criminali par. 2. quest. 6. num. 21. & 22. & tetigi supra num. 5. quæ limitatio aperit colligi- tur ex Caietan. loco superius citato, ubi sic ait: (Si verò non intervenerint verba falsa, & sed plures sensus habentia, & in uno vero, & in alio falsa, & à Jurante intenduntur in sensu, quo sunt vero; si non est in iudicio, & materia præiudiciali, quam- vis sit intentio, ut audiens fallatur: absque pecca- to mortali sit tale iuramentum, quia veritas, & ius- titia adsum, licet discretio deficiat quoniam non debet Divinum testimonium his immisceri quasi duplicitatibus.] Hæc Caiet. qui ut vides limitat suam conclusionem sub conditione illa, si non est in iudicio; idem Sylvest. in ver. Mendacium, quest. ult. vers. Quarto.

153 Et ex his patet illationes, de quibus supra à num. 50. vix posse sustineri ex regula ibi posita num. 55. quod falsitas verborum salvari possit ex interrogantis intentione, quam respondens men- te concepit, attentis circumstantiis, etenim cum verba secundum rectam, & sanam intelligentiam

non significant id, quod respondens intendit, est ibi manifesta dissonantia cordis, & oris, in qua consistit ratio formalis mendacij, ut fusc in superioribus probatum est, præsertim in 3. 5. & 7. *fun-*
 154 *damento.* Præterea proposita regula quatenus sit vera, limitari debet, ut non procedat in iudicio: nam si amphibologia, & æquivocatione in iudicio uti non licet, etiam in eo casu, in quo verba ex propria significatione utrumque sensum admittunt, sed nuda, & simplex veritas est liberè pronuntianda, ut supra proximè ostensum est: longè minus ea uti licebit, quando verba utrumque sensum non recipiunt ex proprietate vocabuli; sed tantum ex intentione interrogantis, quam respondentens mente concipit. Præterquam quod verum non est quod ajunt iudicem interrogare de homicidio tamquam de facto criminoso; Imò enim intentum iudicis esse debet solam veritatem indagare pro administratione iustitiæ. *Nemo, C. de sent. l. 2. & ibi glof. fin. C. de edendo, glof. in §. si verò absens, in ver. Veritatem, in auth. de heredib. & Falcidia, l. deo que non tantum inquirere debet de homicidio, sed etiam an casu, vel culpa dolove malo fuerit perpetratum, ut sic pro modo culpæ penas exasperet, aut temperet. ut l. Respicendum, in princ. & §. Delinquunt, ff. de pœn. & culpabilem punit, aut innocenter absolvat, ad quod pronior esse debet, ut c. 3. supra de probat. l. Absentem, ff. de pœn. Unde accusatus utrumque homicidium commiserit ad sui defensionem, vel alias sine culpa, tenetur iudici secundum ordinem juris id exquirenti liberè, & clarè confiteri: alioquin tacendo veritatem subtrahit legitimo superiori debitum iustitiæ, & mortaliter peccat, cap. Qui resistit, 11. q. 3. c. 2. de maior. & obed. & ex D. Thom. ostensum est supra num. 125.*

156 Superest nunc ad objecta respondeamus. Et quidem.

Non obstat primum, quoniam exempla ibi adducta defumuntur ex Divina Scriptura, cui præter sensum litteralem insunt, & alij sensus spirituales, & mysticam illius Auctoris est Deus, in cuius potestate est, ut non solum voces ad significandum accoimoder quod etiam homo facere potest, sed etiam res ipsas: & ideo cum in omnibus scientiis vocis significet hoc habet proprium ista scientia, ipsa res significat per voces etiam significant aliud. Unde Gregor. 20. Moralium, cap. 1. circa medicit: Sacra Scriptura omnes scientias ipso locutionis suæ moræ transcendit, quia uno, eodemque sermone, dum narrat gestum, prodi mysterium & Hieronym. in prolog. Biblia loquens de Apocalypsi: in verbis singulis multiplices latent intelligentiæ: & docet S. Thom. in 1. part. quest. 1.

158 art. 10. & quodlibet. 7. art. 14. Nec multiplicitas istorum sensuum facit æquivocationem, nec aliquam speciem multiplicatis, ut per eundem d. 159 quest. 1. art. 10. ad 1. In nulla autem scientia, vel scriptura humana potest inveniri nisi sensus litteralis, sed solum in Divina Scriptura, cuius Spiritus sanctus est Auctor, homo verò instrumentum, ut 160 idem docet d. quodlibet. 7. art. 16. Igitur per vetus Testamentum mendacium suum tueri non licet, 161 ut cap. Si quis per vetus, 22. q. 2. Et ita in propriis terminis ad primam objectionem respondet gl. 2. in cap. Nec artificioso, eadem causa, & quest. dicens: (Quid ergo dicit de Abraham, nonne mentitus est cum aliud gereret in animo? ut infra co-

dem, §. Abraham. Item quid de Paulo, qui dixit: Nescivi, quia Princeps esset, cum sciret, ut cap. Paratus, 23. q. 1. Item quid de mendacio Jehu, qui aliud in animo gerebat, cap. Vilem, 22. q. 2. Ad hoc dicendum est, quod Abraham mystico intellectu verum dixit, ostendens Patrem, & filium in fine temporum reverforum ad Judæos, cum omnes revertentur ad ipsum Paulum per illa verba prædixit destructionem Regni Judæorum futuram veniente Christo. Item Jehu non fuit mentitus, sed ironicè locutus est; vel dic quod inspiratione Divina hoc dixerunt, ut cap. Gaudemus, de divor. tiz.) Hactenus verba glof. Ad exemplum de Abraham qui rogavit Saram, ut uxorem ejus se esse mentiretur, Respondetur ut in d. cap. Vilem, §. Ecce, & cap. segg. 22. q. 2. ubi etiam in §. Item opponitur. Respondetur ad exemplum de Jacob, qui dixit se esse Esau, & de Christo dicente Joannem esse Eliam. Quamobrem, ut ait Gratianus in c. Quod autem ait, §. Sed in veteribus, 22. q. 2. (In veteri Testamento multa perhibebantur, quorum exemplis hodie uti non licet.)

Non obstat secundum, desumptum ex c. Humano aures, 22. q. 5. Quoniam ad illum textum abundè responsum est supra num. 76. Procedit enim in eo, qui jurat sine dolo, & intentione fallendi, veluti cū quis jurat super Breve per doli supposito, in quo aliud cõtinetur, quam ipse arbitretur, se juraturum, ut exemplificat Gratianus in §. Si ergo vers. Item obicitur de civibus post d. c. Humano aures, vel alias cum quis jurat fallum quod putat esse verum. Is enim non mentitur, quoniam quantum in ipso est, non fallit ipse, sed fallitur, ut cap. Is autem mentitur, §. Nemo mentiens, 22. q. 2. & cap. seg. §. Thom. 22. quest. 111. artic. 1. & idcirco in eo calu juramentum secundum rectam intentionem jurantis à Deo judicatur, quia Deus audit in corde, glof. fin. in c. 14. de Sum. Virrit. & fid. Cathol. lib. 6. At locus est in eo, qui aliud verbis significat, & aliud in mente gerit, ut audientem fallat, ut in casu questionis propositæ; quia tunc juramentum accipit Deus, secundum sanam intelligentiam ejus, cui juratur, ut constat ex dictis eod. n. 76. & n. 80.

163 Non obstat tertium, nam respondetur retorquendo argumentum: si enim mentiri est contra mentem ire, & ratio mendacij consistit in negando eam veritatem, quæ mente concipitur, sanè qui per implicitam lubauditionem mente concipit aliquid esse verum, & verbis exprimit quod in veritate est fallum, ut sic audientem fallat, & inducat ad credendum esse verum quod verum non est: proculdubio mendacium committit, & adjecto juramento pejerat.

164 Non obstat quartum, quia qui dirigit alio ingressus suos non animo illic proficiscendi nihil agit per simulationem, vel duplicitem; non enim per exteriora signa factorum, vel rerum significat aliquid, quod non est, quod numquam licet, sed secundum prætermittit significare illud, quod est, quod aliquando licet, ut per D. Thom. in 2. 2. qu. 111. d. art. 1. ad quartum. Quandoque enim aliquid jubedo significamus velle fieri, quod fieri nolumus, sed experimètum obedientiæ querimus, ut cap. Si quis libet, §. Quandoque, 22. q. 2. & ita nulla est ibi simulatio, sed solum quædam fictio, cui non inest mendacium; & ideo utilitatis causa est licita, ut in d. cap. Vilem. In nostro autem

rem casu manifestè concurrat mendacium: & ita in terminis ad prædictam objectionem respondet Caietan in 2. 2. q. 89. art. 7. in respons. ad 4. col. ult. vers. Ad objectionem autem.

165 Non obstat ultimum, quia respondetur negando contrariam opinionem esse probabilem: imò enim est falsa sicut Judas, secundum illud Augustini tom. 2. lib. de salutar. docum. incert. author. c. 63. Non aliud loquamur ore, & aliud corde, nescimus Judas, & Herodiani. Et nihilominus est prædicta opinio effectus probabilis: tamen in foro animæ omnino eligenda esset contraria, que tutior est, ut dixi in tract. de opinione probabili, quem posui in cap. Ne inini aris, supra de Consi. ubi latissime ostendi inter duas opiniones oppositas æquè probabiles, vel quasi non licere utramlibet sequi, sed omnino eligendam esse tutiorem, à n. 54 usque ad n. 236. Idque multò magis si tutior opinio sit etiam probabilior, à n. 237. usque ad n. 246.

DE CRIMINE FALSI

Cap. Super eo.

S V M M A R I V M.

- 1 Sententia lata per falsas litteras non debet executioni mandari.
- 2 Falsæ litteræ jurisdictionem non conferunt, & n. 8. n. 11.
- 3 Matrimonia bona fide contracta in gradibus prohibitis vigore dispensationum, quas concesserunt Ordinarii in vim falsarum litterarum, an sint irrita necne, & n. seq. usque ad n. 15.
- 4 Prelati putativi sive Ordinarii, sive Delegati gesta regulariter sunt valida.
- 5 Etiam quo ad spiritualia, & pertinentia ad forum interiore.
- 6 Indulgentiæ concessæ à falsis Prelatis ob communem errorem an valeant, & n. 11.
- 7 Matrimonium contractum coram Parocho putativo tenet.
- 8 Declaratur n. 10.
- 9 Rescriptum falsum, cuius falsitas ignoratur, tribuit jurisdictionem.
- 10 Contrarium n. 11.
- 11 Gesta à Prelato putativo non sustinentur ex communi errore, sed requirunt etiam titulum ab habente auctoritatem.
- 12 Matrimonium contractum coram Parocho intruso non valet.
- 13 Indulgentiæ à falsis Prelatis concessæ quomodo intelligantur esse meritorie.
- 14 Exceptio falsitatis impedit executionem sententiæ etiam late cum ignorantiâ falsitatis rescripti ibid. vers. Quænammodum, & n. seq.
- 15 Prelato putativo obediendum est si habeat titulum auctoritate superioris, secus si per falsas litteras.
- 16 Dispensatio à Legato extra limites sue legationis non sunt trii ex titulo putativo, & communi errore.
- 17 Germania appellatur ex stylo in facultatibus non venit Belgium.

Prosp. Fagn. in 1. part. 5. lib. Decretal

15 Bona fides excusat à culpa, & pena, sed non validat actum nullum.

SUPER EO. Sententia lata per falsas litteras non debet executioni mandari. Hoc dicit secundum Abbatem Antiquum, cui consentiunt Jo. Andr. & omnes. Dividitur in duas partes. Primò commendat eum, cui scribit de præterito. Secundò eum instruit in futurum ibi, mandantes.

Nota ex hac Decretali per falsas litteras delegatorias jurisdictionem non conferri: propterea enim sententia ex falsis litteris commissionis prolata non demandatur executioni, quia est vitium in radice, & fundamento jurisdictionis. Unde ut hic dicebat Laurentius, & Goffred. in hoc casu sine temporis præfinitione semper retractanda est sententia, quia ipso jure nulla est, cum defectus sit in jurisdictione: quorum dictum sequuntur glof. r. Holt. in princ. Jo. Andr. n. 4. in glof. i. Collectar. in princ. Butr. n. 6. Cardin. n. 1. in 2. oppos. Anchar. in primo not. Abb. n. 4. & Jo. de Anan. n. 1. vers. Nota quod sententia, ubi concludit sententiam latam virtute falsi rescripti dici lata à non iudice, & de hoc esse casum hic; unde ipse sic scribat hanc Decretalem: Sententia lata iudice impetrato per falsas litteras est nulla; ex quibus apparet hanc esse unanimum Canonitarum sententiam. Nec obstat quod textus dicat, auctoritate falsarum litterarum: quia verbum auctoritate, potest exponi secundum apparentiam, & intentionem iudicantis, ut per Cardin. n. 1. in 1. opposit.

Verum hæc procedunt, ut dictum est, si sententia lata fuerit in vim falsi rescripti delegatorij, & sic cum exceptio falsitatis concernit fundamentum iurisdictionis. Nec mirum, quia illius defectus est insanabilis. Verall. decis. 38. n. 2. lib. 3. secus verò si iudex alias habeat iurisdictionem, & falsitas concernat tantum merita cause, eo quod sententia sit lata per falsos testes, vel per falsa instrumenta; quia tunc secundum Jo. de Anan. n. 4. in glof. 13. communiter tenetur sententiam esse aliquam, sed esse rescindendam ope restitutionis in integrum, iuxta text. in l. Divus, ff. de re iudic. Quæ opinio est etiam de iure verior, nisi in certis casibus, de quibus per eum.

QUERO. An matrimonia bona fide contracta in gradibus prohibitis vigore dispensationum, quas concesserunt Ordinarii in vim falsarum litterarum sint irrita necne.

Quidam Regularis Ordinis N. in Hispania decem annorum spatio multas litteras dispensationum matrimonialium à Sede Apostolica impetratas super impedimentis dirime otibus falsificavit utatis gradibus, atque aliis falsitatibus patris, de quibus consistit in Curia Nunciij Apostolici. Cum verò Ordinarii ad quos litteræ fuerunt directæ, falsitatem ignorantes multas dispensationes concesserint; & subinde sic dispensati bona fide in gradibus prohibitis matrimonium contraxerint, ac prolem susceperint; Rex Catholicus supplicat S. D. N. ut dignetur committere Episcopo Oxomeni, ut auctoritate Apostolica confirmet matrimonia, ut præfertur contracta.

Explorati iuris est sententia ab Ordinariis lata in vim falsarum litterarum huiusmodi, & dispensationes exinde concessas esse omnino irritas ex defectu iurisdictionis. Casus est hic secundum